



Qvadripartitae Conciones Stanislai Grodicii Societatis Iesv

Qvarum Primae, Timorem Sanctvm Incvtiunt; secundae Fidem Catholicam confirmant; tertiae Spem erigunt; postremae diuinam in nobis Charitatem excitant ...

Continet sex Dominicas Quadragesimae, & coenam cum paßione Domini

Grodzicki, Stanisław

Ingolstadii, 1609

Dominica Qvarta In Qvadragesima. Euang. Ioan. 6.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56003)



DOMINICA
 QVARTA IN QVA-
 DRAGESIMA.

Euang. Ioan. 6.

IN illo tempore. Abijt IESVS trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, & sequebatur illum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montē Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autē proximum pascha dies festus Iudeorum. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo magna venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes vt manducēt hi? Hoc autem dicebat tentans eū. Ipse enim sciebat quid esset factu-

rus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces; sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discumbere. Erat autem foenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero, quasi quinque milia. Accepit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sunt dixit discipulis. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt, his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant; quia hic est vere propheta, qui

ra, qui venturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouissent, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem: fugit iterum in montem ipse solus.

P A R T I T I O.

In tres partes distribuere possumus hoc Euāgelium. Prima continet multas circumstantias, quæ hoc præcæserunt miraculum. Secunda, beneficium à Christo Domino populo Iudaico miraculosè ac liberaliter collatum describit. Tertia effectus qui sunt subsequuti notat.

Ceterum quoniam miraculum istud accuratè ab omnibus quatuor Euangelistis conscriptum, plus habet in nucleo, quam in cortice monstrat, visum est mihi utrumque quidem diligenter, id vero quod excellentius est exactius perpendere. Corticem voco beneficium hoc præstitum Iudæis: nucleum nomino corporis sanguinisque Christi mysterium, in sacramento Eucharistia Christianis à Christo relictum, cuius hinc non solum typum habes, sed etiam quomodo te ad illud præparare debeas discis. Eò igitur omnes nostræ collimabunt conciones. Et in prima quidem tum fraudes Sathane, quibus huic Sacramèto insidiatus est pandemus: tum quomodo eas euitare, et nosmetipos probare oporteat disseremus. In secunda, tum beneficia Christi in institutione Eucharistia nobis exhibita, tum alias eiusdem demonis fraudes, quibus

pus fidem huius Sacramenti debilitare consuevit aperiemus. In tertia & dubia circa literam praefertim, quae seruiunt ad concordiam Euangelistarum dissoluemus, & more huic ferè cõcioni consueto, tum doctrinas inde hauriemus: tum in spē bonam erigere fideles conabimur. In postrema, quomodo nos & ante, & in ipsa communionē, & post eam gerere debeamus declarabimus, adeoque qua ratione pro tanta Christi Iesu in nos beneuolentia & amore, amorem vicissim nostrum erga illum excitare queamus, docebimus.



CONCIO I. TIMOR.

SATHA-
NÆ
FRAT.
DES.

PANES.
COPHI-
NI.
*Causse ali-
quot cur de
Euchari-
stia agen-
dum.*

IN more est mihi positum, hac Dominica quæ Latere communiter dicitur, de sanctissimo Eucharistiæ sacramento tractationem suscipere, cum ob diei lætitiā & vestram vtilitatem: tum propter Euangelij hodierni historiam, quam ab hoc nostro instituto alienam non esse, & miraculum ipsum, & quæ illud præcedunt, aut comitantur circumstantiæ demonstrant. Miraculum quidem: Nam hæc panum multiplicatio, ad fi-
dem

dem huic sacramento adstruendam valet plurimum. Adiacentia vero cum alia de quibus in aliis concionibus: tum vero temporis. Sicut enim dum hæc agerentur ERAT PROXIMUM PASCHA DIES FESTVS IVDÆORVM: ita nunc proximum est pascha dies festus Christianorum de quo Paulus. *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur.* Ad hoc igitur epulum nos mater nostra, hoc tempore non solum inuitat, sed etiam suo modo cogit: non tamen sine præparationibus, quas varias exigit. Verum nos cætera aliis concionibus præsertim vero postremæ reseruantes, in hac de illa tantum agemus, quam illis verbis Apostolus requirit *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.*

1. Cor. 5. 7.

1. Cor. 11. 28

De probatione itaque hic aliqua dicemus, ac primum quidem fraudes generales Sathanæ aperiemus: deinde vero historiam miraculi hodierni breuissime recensebimus: tum astus eiusdem dæmonis, quibus his Christi actionibus peculiariter insidiari consuevit pandemus: ac tandem malis remedia adhibebimus, sicque præparationem ad sumendam Eucharistiam docere studebimus. Faxit Deus, ita id faciamus, vt timore sancto perculsi, & crudelem istum tyrannum

Propos. Quadri-
membri.

num

num è cernicibus nostris excutiamus, & corda nostra ad tantum hospitem digne excipiendum, apta reddere valeamus.

I. MEM.

BRVM.

Fraudes generales da-

monis.

Sathan e-

mulus Dei.

Ezech. 18. 2.

Alloquar vos, verbis Dei, apud Ezechielem prophetam. *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium dicentes: quotiescunque Deus templum sibi fabricat, toties dæmonem sibi quoque vicinum ei exadificare facellum.* De verbis non disputo, res vtinam sibi non constet, sed constare illam sibi, orbis totius omniumque ætatum euenta nimis clare probare mihi videntur, adeo, vt non vicinum modo, sed id ipsum nonnunquam occupet templum. Quid? nonne in ipsis mundi primordiis apparet? Postquam enim Deus Optimus maximus, extruxisset sibi templum, quod viuis coloribus depingens, Diuus Paulus inquit: *nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* templum dico primos nostros parentes, gratia diuina à sua creatione donatos & dotatos, quid Sathan? Suggestionibus & mendaciis suis, non solum sacellum vicinum sibi construxit, sed & ipsummet templum in vsum suum conuertit, quando primum quidem per seipsum fœminam seduxit, postea vero per illam Adamum quoque in suam sententiã pertraxit. Historiam nostis, & pœnam circumfertis in dorsis vestris. *Istud fuit initium huius tragediæ.* Successus

1 In Adam

& Eua.

1 Cor. 3. 15.

2. Ge. 3.

Gen. 4. 8.

sus

sus verò nihilo melior. Procreavit Adam ex
Eua filios Cain & Abel, templa itidem Dei
viuentis: & ecce dæmon in Cain per fratri-
cidium, facellum sibi formauit.

Nec multo post Enos filius Seth, nepos
vero Adami *cœpit inuocare nomen Domini*, id
est excellentius Deum colere, locum fortas-
sis diuino cultui assignando, aramque ex-
struendo. Neque hic obdormiuit Sathan,
neque per hæredes Cain defuit sibi. Et for-
tasse id temporis Idololatriam introducere
cœpit; siquidem de eius origine ex scriptura
sacra, (quæ tamen inter scripturas orbis an-
tiquissima est) nobis non constat? Certe
verba illa aliquanto post prolata. *Videntes fi-
lij Dei filias hominum, quod essent pulchra, acce-
perunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant,*
plurimum huic opinioni suffragari viden-
tur. Vera enim & meo iudicio necessaria
est Doctorum interpretatio, per filios Dei,
viros à Seth descendentes, per filias vero
hominum, posteros Cain hic intelligi. Cur
quæso? Non alia certe meliori de causa, quã
quod illi quidem vnum Deum colerent, i-
stæ vero Idololatriæ addictæ essent. Post di-
luuium, ex quatuor viris qui supererant, in
Cham, ore patris sui Noe maledicto, Dia-
bolus facellum sibi fabricauit, quod in mul-
tas & pessimas postmodum excreuit Ido-
latriæ deditas propagines. Quid Abrahâ?

Is

2. In Cain.

Gen. 4. 26.

3. In poste-

ris eius.

NOTA.

Originem

Idololatriæ.

Gen. 6. 2.

4. in Cham

Gen. 9. 25.

Gal. 4. 22. Is teste Apostolo Paulo in hodierna epistola, duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, quarum hæc Sara, illa Agar vocabatur: cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ, ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham.

Gen. 21. 9. *Eijce ancillam hanc cum filio eius.* Quæ verba Saræ, indignante licet Abrahamo, postea Deus approbavit. Quare? Cum alium vero illa de causa, quia in filio liberæ Deus, in filio vero ancillæ dæmon habitaculum sibi fecerat. Idem in Esau & Iacob filiis Isaac. Idem in Saul & David primis Iudæorum regibus, idem in aliis videre licet.

*6. in Esau.
Gen. 27.
7. in Saul.
1. Reg. 16.*

Tempus me deficeret si omnia recensere vellem: ideo duo exempla tantum noui testamenti adiungo. Vnum duodecim Apostolorum, quos in templum & fundamentum Ecclesiæ Christus Dominus sibi efformauerat, ex quibus tamen Iudas diabolus fuit, teste eodem IESV. Alterum primorū septem diaconorum, quorum Nicolaus hæresiarcha exstitit: hæresique sua multos in facellum dæmonis impulit. Id ipsum postmodum per omnes ætates, vsque ad nostra calamitosa tempora fraude diaboli factum est. Quo enim magis Ecclesia templum Dei viui dilatatur & dilatur, eo plures Sathan sibi per hæreticos fabricauit, & fabricat synagogas, & nequissima conuenticula.

Et

8. in Iuda.

*9. in Nicolo.
Ioan. 6. 70.*

Et vero non in personis tantum, vnde ista siue templa siue sacella constant, sed etiam in modis quibus ea fabricantur, hoc ipsum apparet. Omnia referre nec volo nec debeo, vnum è præcipuis, & nostro instituto seruiens subiungo, nempe MIRACVLA quæ etsi Sathan vera efficere nequeat, fecit tamen apparentia per Simonem Magum cuius in Actis est mentio, per Apollonium Tyaneum, quo nullus forte hucusque pestilentior, fecit & per alios magos ac veneficos suos, facietque vsque ad consummationem sæculi, & maxime tum temporis, per Antichristum perfectissimum suum instrumentum. Quod si vero aliqua eiusmodi reperiuntur miracula, quæ vel imitari nequit vel non adeo è re sua esse nouit, vt ea æmuletur, quid facit? Ad alias fraudes se conuertit, & ad spirituales, (si ita loqui fas est) vel moralem potius imitationem illorum se componit, eaque ratione non minus, imo non raro multo plus, quam in priori modo nocet hominibus. Exemplum huius rei dare vobis institui, in miraculo quod hodiernum vobis describit Euangelium: quod aliquando iuxta literam imitatus fuerit Sathan, imitariue possit, illud quidem mihi nõ constat, de hoc autem non disputo: at vero quam ratione id ipsum consecrando, quod hoc miraculo designatur, oppugnare flu-

*Sathan im
miraculis
imitatur
Deum.*

*Tum iuxta
literam.
Act. 8. 18.*

*Tum mo-
raliter.*

Exemplum

studuerit, id declarare decreui, quod ut melius percipiatur, necessaria est cognitu facti hodierni historia, quæ collecta ex omnibus Euangelistis, ita se habet.

*II. MEM-
BRVM
Facti Chri-
sti, historia
cortex.
Mat. 14. 13
Mar. 6. 31.
Luc. 9. 10.
Ioan. 6. 1.*

Iusserat Christus Dominus Apostolos nauigare TRANS MARE GALILÆE (causas & difficultates reiiciemus in tertiam concionem, cui id proprium) in locum desertum. Quod cū turba cognouisset SEQUEBATUR EVM MULTITUDO MAGNA, quam videns IESVS misertus est super eos quia erant sicut oves non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa: neque id solum, sed doctrinæ addidit beneficia, cum peculiaria, sanando qui cura indigebant: tum vero commune omnibus, pascendo vniuersos. Cum enim iam multa hora fieret. consultatione facta cum discipulis tentandi eos causa, praecepit illis vt accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum. Erant autem VIRI NUMERO QVASI QVINQVE MILLIA. exceptis mulieribus & paruulis, quorum tantundem vel maiorem etiam fuisse numerum satis est probabile. Confidentibus itaque illis, iussit Christus adferri sibi QVINQVE PANES ET DVOS PISCES, qui tū temporis soli ibi reperiebantur. Et acceptis illis intuens in cœlum benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, vt ponerent ante eos, & duos pisces diuisit omnibus, & manducauerunt omnes

omnes & saturati sunt. VT AVTEM IMPLETI
SVNT, præcepit DISCIPVLIS vt colligerent
FRAGMENTA. COLLEGERVNT ERGO ET
IMPLEVERVNT DVODECIM COPHINOS.
Quo peracto, cum cognouisset IESVS QVIA
VENTVRI ERANT, VT RAPERENT EVM, ET
FACERENT EVM REGEM, FVGIT IN MONTEM
IPSE SOLVS.

Hæc est breuis facti hodierni historia, i-
psorummet Euangelistarum verbis tota fe-
re expressa. Cæterum in hoc miraculo, non
solum Christus intendit, vt turbæ istæ satia-
rentur pane & piscibus, sed aliud quidpiam
longe excellentius. Miraculū enim hoc cor-
tex, illud vero de quo in exordio disseruim⁹
nucleus fuit & est, Eucharistiæ inquam sa-
cramentum. Quare si cortex populo Iudai-
co, tam gratus fuit (solent enim nonnun-
quam etiam cortices gustui iucūdi esse, præ-
fertim si melle vel saccharo condiantur)
quam sapidus ipse nucleus debet esse Chri-
stianis? Atq; ò vtinam peracceptus proficu-
usque sit vniuersis. Id enim vocationis no-
stræ Christianæ postulat ratio, id ipse salua-
tor IESVS à nobis iure requirit suo, id deni-
que sponsa ipsius, & mater nostra exigit, &
ad id præceptis pœnisq; nos adigit.

Sed & Sathan officii sui, quod resistendi
Christo, & nocendi nobis scelestè suscepit,
minime oblitus, vt alias semper ita hic quo-
que

*Sacramen-
tum vero
Euchari-
stia, nu-
cleus.*

*III MEM-
BRVM.
Quomodo
Sathan hic*

*insidiatur
vobis.
Sap. 14. 11.*

*PRIMO
Ducendo
in desertum.
1. Propriū.
Mat. 24.
26.*

*8. Transla-
tium.*

*SECUN-
DO Oves in-
tuendo.
3. Reg. 22.
17.*

que struit insidias, & qua æmulando facta Christi, qua contraria illis statuendo ponit *in scipulam pedibus insipientium*. Facit autem id duabus quibus consuevit viis, nempe tum fidem tollendo: tum pietatem profligando: de illa insequenti concione agemus, de ista hic: tangentes aliquot fraudum eius quæ huc pertinet capita. Quorum primum est, quod sicut Christus dominus ducit homines in desertum, ita & Sathan duplici id agit ratione. ducendo homines, tum in desertum proprie dictum, tum in translaticium, & in illud quidem rariuscule, aliquando tamen; id enim verba illa Christi testantur ad Apostolos, & ad nos omnes de pseudopropheta, per quos Sathan decipit. *Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est, nolite exire.* Exercet igitur etiã in deserto tumultus, sed rarius: in Ciuitate vero sæpissime, serendo varias hæreses. At vero in desertum metaphorice sumptum, semper ducit incautos. Omnium enim sibi credentium, & obedientium corda, deserta facit gratia diuina, quæ solitudo deploranda est. Secundo emulatur Sathan Christum, quia vterq; considerat homines *tanquam oues non habentes pastorem.* sed causa & scopus diuersus, imo contrarius est vtriusque. Causa enim quam vocant motiua, est pura & immensa Christi misericordia, vt hic audis. Sathanæ vero me-
rum

rum & inexplebile odium ac inuidia, qua & flagrat in genus humanum, & nocet illi tum temporis maxime, cum defectum videt aut pastorum, aut in pastoribus. Quæ hinc petenda doctrina, antequam ulterius procedamus? Duplex omnino. Pastoribus vna, vt perpendant, quam tum pro neglecto, tum pro scandalizato grege sibi concredito seueram & Deo dabunt rationem, & Sathanæ poenas. O vtinam nunc huic rei obuiam eant tempestiue, ne iusta experiri sine fine cogantur supplicia. Doctrina altera ad omnes pertinet, nempe ne quisquam nostrum relicto imo contempto misericordissimo patre, adhærere velit nequissimo, nobisque inimicissimo dæmoni, quod extremæ vesaniæ argumentum est. Verum in docendo quoque sectatur Sathan Christum. At quid ambo docent? Hic quidem sanctissima, utilissima, verissima: ille vero mendacissima, sceleratissima, ideoque æternis ignibus punienda. Nihilominus prohi dolor plures iste quam ille asseclas habet. Quid præterea? Tentat vt in Euangelio audis Christus: tentat & Sathan. Sed quo fine? Sathan vt decipiat, & perdat, Christus vt instruat, & saluet.

Cæterum in penitiora penetra. Exhibet Christus Iesus beneficia, & multa & præclara, tum populo illi carnali carnalia, tum

1. Doctrin
pastoribus

2. Omnibus

TERTIO
docendo.

QUARTO
tentando.

QUINTO
dando.

NOTA.

nobis spiritualia. Quid Sathan? Memini me
 audiuisse quendam ex eius affeclis, necro-
 mantam pessimam narrantem & conque-
 rentem de hero suo malo dæmone, cum vi-
 delicet, siue ad dandam pecuniam siue ad
 præstandum aliquid homini vile, difficilli-
 mum: ad maleficia vero exequenda, & da-
 mna inferenda promptissimum esse. Quan-
 tum nefas! quanta infamia, tali seruire, & a-
 pertis oculis cadere velle! Secus Christus,
 qui quamdiu hic in mundo cōuersatus fuit,
 ita nulli quicquam mali intulit, vt etiam A-
 postolos ignem è cælo contra ingratos e-
 uocare volentes, duris sculis illos prohibue-
 rit verbis. *Nescitis cuius spiritus estis.* At vero
 benefacta ab illo exhibita quis enumerabit?
 Id vero etiã nunc præstat, fide firma, & cor-
 de sincero se quærentibus. Quod si non dat
 corporalia, dat spiritualia, quæ cum illis tum
 dignitate, tum vtilitate, ne comparari qui-
 dem possunt, sed ad id quod præ manibus
 habemus veniamus.

Luc. 9. 55.

SEXTO
Saturando.

Quam præclarum, liberale, ac vniuersale
 contulerit beneficium Christus dominus
 hodie populo illi, non est qui non videat.
 Quinque enim panibus & duobus piscibus
 satiauit, vt audistis, quinque vel fortassis de-
 cem (mulieres & pueros numerando) ho-
 minum millia. Quid Sathan, est ne illum
 hac in parte imitatus? Iam dixi de imitatio-
 ne

nec corporali nihil mihi constare, de morali pessima, pessimo peracta fine, constat nimum. Habet enim ipse quoque panes suos, quibus multas hominum myriades & pascit, & ita sibi deuincit, ut regnet super eos, imo in illis. Et vero si diligenter inuestigauerimus, inueniemus, ut arbitror, in scriptura totidem dæmonis panes, quot Christi hic in Evangelio nominantur. Omnino quinque, quos memoriæ causa, ut rudibus consulamur, ad quinque sensus corporis reducemus. Sensus etenim nostri sunt, fenestræ illæ, per quas peccatum, & per peccatū mors, & per mortem ipse author mortis diabolus nos inuadit, & occupare consuevit animas nostras. O execranda connexio. O catena qua ad infernum trahuntur peccatores. Consideremus hæc in scriptura. De peccato inquit D. Paulus: *per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit.* De sensibus, illud prophetæ: *ascendit mors per fenestras nostras*, spirituales viri spiritualiter intelligunt. Sed nunquid id in ipso mundi exordio clarissime non apparet? *vidit inquit Moyses, mulier quod bonum esset, lignum, ad vescendum & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo qui comedit.* Ecce quomodo per sensum visus tanquam per fenestram peccatum intrauit in animas primorum parentum: *idemque*

Quinque panes Sathane ad quinque sensus reducuntur.

NOTA: quomodo peccatum formetur. Ro. 5.12. Ier. 9.28.

Gen. 3.6.

demque fit nobiscum. Denique Sathanam auctorem mortis disertis verbis scriptura constituit dicens. *Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum.* *Isa est igitur connexio pessima. Diabolus sensus nostros singulos, obiectis conuenientib. tanquam panib. pascit, iisque illicita suadet, quæ oblata sensus phantasiæ, hæc vero intellectui, iste autem voluntati vicissim obiicit; Hæc vero si consensum præbuerit, peccatum ingreditur in animam, & per peccatum mors, auctorque mortis diabolus.*

*PRIMVS
panis men-
daci audi-
tui seruit.*

Declaremus iam singulos panes istos demonis singulis sensibus seruientes. Qua de re habemus testimonia scripturæ, alia quidem clare id docentia, alia vero generatim insinuantia. Clarum est de sensu auditus, quem Sathan pascit pane mendacii, eumque prestigiis suis mire dulcem reddit. Testatur id sapiens dicens *suauis est homini panis mendacii.* Et iterum sub persona stultæ mulieris, de qua præterita Dominica multis egimus inquit *Aquæ furtiua dulciores sunt, & panis absconditus suauior.* O quam id verum in hæreticis! O quam optarem si non maiorem, at parem certe animi ardorẽ vos adferre ad audiendam veritatem, quem in istis conspicio, ad hauriendũ mendacium! Nunquid non vidistis eos aliquando quotidie ad audiendas suas conciones concurrentes etiam

*Dulcis est.
Pro. 20. 17.
Pro. 9. 17.*

*Est Confu-
sio Catholi-
corum.*

etiam horis antelucanis? Itaq; in hoc capite, & inter eos, qui pane mendacii pascuntur, primas habet perfidia, in primis vero hæresis. Sicut enim iuxta dictum Pauli, *fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi*: ita perfidia ex eodem auditu, auditus vero ille ex verbo Diaboli, quod est mendacium, ortum habet. Demonstravimus id aliquando exemplis ex ipsa scriptura depromptis, proinde non est, quod in eo diutius immoremur. Porro pseudopolitia secundum locum iure suo sibi hic vendicat, imo dubitarim an non primum; tam enim est in promovendo mendacio impudens, ut non operibus modo, sed & verbis hoc testetur. O desendum hominum genus. Ad eone aut cœci estis, ut tam apertas diaboli technas non videatis: aut obdurati, qui & videntes & volentes, artes ipsius, ac mendacium cōtra veritatem, cuius nomine Christus ipse se appellavit defendatis? Denique pane hoc mendacii, pascuntur omnes impostores, calumniatores, astuti, fraudulentis, hypocritæ, adulescentes, hisque similes, quorum in omni statu, proh dolor est ingens numerus.

Alter panis Sathanæ, est panis avaritiæ, qui ita visui & oculis convenit, ut à spiritu sancto *concupiscentia oculorum* nuncupetur. De hoc pane sapius disserit sapiens integris nonnūquam capitibus, præfer-

1. Eo pascuntur infideles.

Ro. 10. 17. Dom. 1. Ad iuent. con. 2.

2. Pseudopolitici.

3. Multa hominum genera.

SECVN- DVS panis avaritiæ ad oculos spectat.

1. Ioa. 2. 16.

Ecl. 31. 29.
Abomina-
bilis omnib.

Exemplo
Nabal.

1. Reg. 25. 11

Modi varij
panem huc
frangendi,

Malū quod
innadit.
Isa. 56. 11.

præsertim in Ecclesiastico, ubi & illud aua-
ros perstringens habet in *nequissimo pane*
murmurabit Ciuitas, Contra istos enim qui
panē diuitiarum, nequiter colligunt, & ne-
quius retinent, tota ciuitas murmurare cō-
suevit; quod murmur DEVS approbat;
subiungitur enim, & *testimonium nequitie*
illius verum est. Talis fuit ille Nabal, quem
& vxor sua Abigail stultum & iniquum,
& famuli filium Belial (notent hæc epi-
theta auari) vocant; à quo cum Dauid,
qui multa in illum beneficia contulerat, pe-
tisset aliquid edulij, pro se, & pro illis, quos
secum habebat in deserto, dum fugeret
Saul, respondet Nabal, *tollam ergo panes meos,*
& dabo viris, quos nescio vnde sint? &c.
pro qua stultitia & auaritia sua, ita fuisse
punitus à Dauide, vt neque ipse, neq; quis-
quam hæredum eius remansisset viuis ad
diem sequentem, nisi Abigail iram Da-
uidis emolliuisset placatumq; reddidisset.
Quis verò recensabit, vel modos quibus
hunc panem Sathan suis frangit, vel homi-
num millia, quos ita pastos suæ subijcit po-
testati? Modi ex multis sunt pauci isti, furta,
rapinæ, sacrilegia, fraudes varij generis, si-
militer vsuræ, tum apertæ, tum palliatæ.
Personas verò quis numerabit, cum sint in-
numeræ in omni hominū genere? Audi pro-
phetam hac de re differentē. *Omnes in viam*
suam

suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam
 suam, à summo vsque ad nouissimum. ait ille. Sed
 fortassis Christiani ab hoc vitio sunt liberi?
 Deberent sanè esse vacui, duce pauperrimo
 Iesu qui non habuit vbi caput reclinaret, sed
 secus sit. Nam præter vsuras omnibus or-
 dinibus consuetas, in particulari loquendo,
 Principes & Nobiles rapinis subditorum, ex-
 pilationibus viduarum, & pupillorum op-
 pressionibus, se & familiam suam locupleta-
 re student. Iudices propter munera quæ di-
 ligunt, ius & æquitatem deserunt: Causidici
 eadem de causa, ipsa etiam iura, & iusticiam
 peruertunt & euertunt. Mercatores in pon-
 dere & pondere, in mensura & mensura, in
 mercibus, in moneta, in contractibus, quas
 non excogitant deceptiones? Artifices ne-
 gligenter, ne dicam fraudulenter opera sua
 exercent, & iniusto vendunt precio, præser-
 tim vbi à magistratu in illos nō animaduer-
 titur, vt hic fit. Denique famuli, subditi vil-
 lani, alique operarij ad oculum seruiunt,
 quod plurimum vetat Apostolus. Ita ve-
 ro cum otij, tum turpis lucri, & epularum
 ac ebrietatum causa fiunt vniuersa.
 Atque vtinam vel ab iis qui in sortem Do-
 mini sunt vocati, id vitij absit longissimè.
 Sed aliter se rem habere non inimici solum,
 sed & amici, & vicini, & ipsi quiditantur fa-
 tentur cognati. Antiquum est id quidem,
 nam

*Isa. 55. 11.**Etiā Chri-
stianos.**Mat. 8. 20.**Nobiles.**Iudices.**Causidicos.**Prou. 20. 10.**Mercatores.**Artifices.**Subditos.**Ephes. 6. 6.**Ecclesiasti-
cos.*

*Mat. 6. 13.
Ibid. 8. 10.*

nam alter etiam clamat Propheta semel iterum, *A minimo vsque ad maximū, omnes auaritiam sequuntur, à Propheta vsq; ad sacerdotē cūcti faciunt mēdaciū.* Verū vitiam quæ Deus ibidem minatur talibus, legere & ponderare velint. Quod si vero pœnas eiusmodi denūciat, auaris illis sacerdotibus, qui vxorati, qui liberis referti, qui in opibus fundati fuerunt, qui terrena promissa, cum aliis Iudæis habuerunt: quid eueniet iis qui Christum pauperem & nudū pro Domino agnoscunt, qui quicquid diuitiarum habent, ob alendos pauperes habēt, quib. non terrena sed cœlestia promittuntur? quid inquā expectabunt, si pecunias malè per simoniam & ambitionē colligunt, peius easdē accumulando conseruant, pessimè quibus nō deberent distribuunt? Ipsi viderint, nos nostra prosequamur.

*TERTIUS PANIS
Gula, gustus
sui proprius.
1. Ioan. 2. 26*

*Gen. 25. 34
Pallus eo
Esau.
Grande
malum.*

Alius panis dæmonis est, quē D. Ioannes vno verbo *concupiscentiā carnis* vocat, sapiēs vero in duos diuidit: quem nos secuti duob. sensibus panē istum applicabimus. Tertius ergo sit in ordine, panis gulæ & ebrietatis, quē ad gustum pertinere palā est omnibus. *Panē isto saturatus Esau, & lentis edulio, comedit, & bibit, & abiit parupendens quod primogenita vendidisset.* Eiusmodi sunt gulosi, & ebriosi, nihili curantes maxima quæq; etiam ipsam diuinam gratiā, dummodo gustui & appetitui suo faciāt satis. Sed meminisse illos oportet, Esau reprobatum fuisse à Deo; ne
idem

idē illis eueniat, De pane isto sic inquit Con-
cionator. *In risum*, Hebraismus est, nempe ad
risum, siue ad voluptatem *faciunt panem &*
vinum vt epulentur bibētes. Quam exactē no-
stras nobis depinxit comestationes. Tria e-
nim vt videtis panis iste complectitur, risum
videlicet, epulas, & potationes. Quid vero
vestra conuiuia? nunquid si aliquid triū isto-
rum in illis desit, non magnæ id inurbanita-
tis loco habetis? Cum vero risus non solum
ad cachinnos, sed etiā ad scurrilitates, epulæ
ad ingluuiē, potus ad ebrietatem, ita vt neq;
pes, neq; mens suum officium faciat excre-
uerint; tunc prædicatur liberalitas; tunc ho-
spes extollitur, tunc vitium laudatur, etiā ab
illis, qui & alios instruere, & peccata prohi-
bere teneantur. Modos quibus id perficiatur,
sine modo, mensura & pondere, recēdere no-
lo, quia & tempus est quadragesimale, & suo
tempore id ex parte fecimus.

Quartus panis Sahanz, luxuria est, quam
tactui competere non est qui non videat.
De hoc sapiens in omnibus penē suis li-
bris, copiosissimē agit, ac inter alia inquit.
Homini fornicatio omnis panis dulcis: per pa-
nem sceminas, & alia huius vitij irritamen-
ta intelligens; idcirco subiungit. *non sa-
tigabitur transgrediens vsque ad finem*. Et
enim a simplici incipiēs fornicatione, tran-
sit ad adulterium; hinc ad incestum, ad flu-
pra,

*Tria in Cō-
uiuio.*

NOTA.

Eccl. 10. 19.

Domin.

Quinquag.

Conc. 1.

QV AR.

TVS panis

luxuria,

tactum as-

fici.

Eccl. 23. 24

Gradus e-

ius pessimi.

pra, ad sacrilegia gradum facit, donec *vsque ad finem*, fini toti naturæ contrarium perueniat; de quo Diuus Paulus, tum de sceminis, tum de masculis differens, qui ait, *relicto naturali vsu femina, exarserunt in desideriis suis inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes*. Proh pudor dolorque reperiri apud Christianos illa, quæ Apostolus ita in gentilibus infectatur, vt eos hoc nomine in reprobum sensum datos à Deo asserat. Taceo cætera, quæ vtinam eos ira facere pudeat, vt nos de iis loqui. Sed qui hoc, luxuriæ repletur pane, habet refugium, quod non tacuit idem sapiens. Dicit enim eo exsaturatus, *Quis me videt, tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor?* Quanta vesania! oculos veretur hominum, & oculos non timet Deil quam eius stultitiam ibidem non tacuit sapiens, subdit enim. *Et non cognouit quoniam oculi Domini, multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes, in absconditas partes*. Neque dico plus de hoc pane spurco, ne commotus magis magisque foeteat.

*Effugium
ablatum.*

Ecl. 23. 26.

Ibid. 9. 28.

*QVIN.
IVS Panis
superbia &
impietatis.*

Postremus Sathanæ panis subtilior est, proinde subtilissimo penè omnium sensu olfactui (oculum excipio) adaptare illum placuit. Seruit enim illi, non tam clarè quidem

dem vt priores suis sensibus, certo tamen modo. Hunc olfactus panem, Ioannes superbiã vitæ, Sapiens vero vniuersali vocabulo impietatem vocat cum ait: *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* [quasi dicat, ipsa impietate, vt cibo & potu delectantur] Id enim superborum est proprium. Propterea idem sapiens inquit. *Initium omnis peccati est superbia.* Quæ non ineptè, olfactui comparabitur. Sicut enim canis venaticus infestam sibi feram; ita superbus infensum sibi hominem à longè odoratur, odore agnitum quærit, & cum inuenerit, lacerat, lancinat, mactat. Honoris vero sui vel tuendi, vel augendi, aut odij explendi causa, ita nullas committere iniustitias formidat, ita nullam refugit impietatem, vt nec Patri suo, qui eum genuit, nec ipsi Deo, qui creauit parcat. Primi exemplum habemus in Absolone; Alterius in superbissimo & scelestissimo illo Imperatore Iuliano Apostata, qui læthali percussus vulnere, sanguinem proprium in cælum spargens, clamabat [vicisti Galilæe] eo nomine per contemptum Christum Iesum Deum verum vocans. Quid vero mali non operantur, nequissimo isto pane saturati? Contentiones generant, rixas mouent, odia fouent, discordias promouent, inuidias nutriunt, seditiones excogitant, homicidia patrant, bella

1. Ioa. 2. 16.

Prou. 4. 17.

Emm. Sa.

Eccl. 10.

A simili olfactus applicatur.

Peccatum nullum refugit.

Ita Patri

Absolon.

2. Reg. 15.

Christo Iu.

Iulianus in-

surrexerunt.

Decem capita malorum qua sunt.

bella adornant, prouincias vastant, regna e-
uertunt, & vt vno verbo dicam, sursum &
deorsum peruertunt vniuersa. Quod ma-
lum huic malo comparari potest? Exem-
plorum & sententiarum hac de re plena est
Scriptura sacra; quæ pro occasione addu-
ci poterunt in medium, attingisse enim hæc
sufficit.

*Quomodo
panes isti
multipli-
cantur.*

Ioan. 16. 11.

*Duo pisces
Sath. ana.*

*Iudicium
& amor
proximi.*

*FRAG-
MENTA
sunt pecca-
ta lingua.*

Notauit quinque panes Sathanæ, quos à
paruis initiis ita multiplicat, vt totum ter-
rarum orbem illis inficiat, sibi que subie-
ctum reddat: propter quos etiam ab ipso
Christo *Princeps huius mundi* appellatur.
Porro condimenti ergo addit & duos pisces
fœtidos. Qui erunt isti? mihi aptiores non
occurunt, quam iudicium, et voluntas pro-
pria, lubricum quidem, & aquosum, ac in-
stabile natura sua vtrumque: at vero cum
hæc quidem in amorem sui inordinatum,
illud vero in præsumtionem excreuit, tali-
b' adeo suaues, et dulces sunt illi panes, à me
recensiti, vt conuersionis illorum ratio sit
perdifficilis.

Fragmenta panum sequuntur; neq; ista
dæmoni desunt. Quid verò per ea intellige-
mus? Nihil meo iudicio conuenientius,
quàm peccata linguæ, sicut enim fragmenta,
reliquiæ quædam sunt ciborum: ita pecca-
ta linguæ, tum cordis, vnde omne scelus or-
tum habet, tū operum reliquiæ quædã opti-
mo iure

iure dicuntur, teste ipso Christo Domino, cum inquit, *Ex abundantia enim cordis os lo-* Mat. 12. 34
quitur. Et iterū: *De corde enim exeunt cogitati-* Mat. 15. 19
ones mala, homicidia, adulteria, fornicationes,
furta, &c. Partim ergo ex corde, partim ex o-
 pere nequam linguæ vitia oriuntur. Ea igitur
 colligamus, neque vero omnia, sed illa
 tantum quæ & peccata sunt mortifera vt
 plurimum, & ad implendos duodecim co- Diuisio il-
 phinos sufficient. Vt autem melius & capi- lorum in
 antur, & in memoria retineantur, hunc in cophinos.
 illis numerandis ordinem seruabimus, vt
 singulis quidem panibus bini, singulis au-
 tem piscibus, singuli cophini respondeant,
 sic enim prædictum duodenarium elicie-
 mus numerum.

Itaque panis quem mendacij esse dixi- Mendaciõ
 mus, quamuis ipse per se proprie linguæ vi- cur inter
 tium sit, attestante scriptura cum ait; *os quod* panes poni-
mentitur occidit animam; à nobis tamen in- tur.
 ter panes numeratus fuit: tum quod scrip- Sap. 1. 11.
 tura illum panem vocet; tum quod menda-
 cium ipso etiam patretur opere. Nam & hæ-
 reticus, & simulator, & alij quos ibi recẽsui-
 mus ipso opere mentiuntur, etiamsi nullum
 in medium proferant verbum. Porro ex pa-
 ne isto nequam, præter alia peccata linguæ,
 quibus proximus læditur, & de quibus sub
 aliis capitibus agemus, colliguntur duo cor-
 bes scelerū, quæ ipsum Deum & sanctos eius
 con-

*1. Cophinus
est per iurij.
Quod dis-
plex publi-
cum impu-
nitum.*

*Privatum
etiam se-
lestum.*

*Ipsismet au-
ditoribus
testibus.*

NOTA.

*2. Blasphemia-
rum.
Gravitas
illarum.*

concernunt, proptereaque sunt omnium fragmentorum funestissima. In altero itaque eorum reponimus periurium, non solum quod publice in iudicio, sed etiam quod private fit. Et illud quidem ita, pro dolor, in abusum abiit, ut inveniuntur, qui accepta pecunia, quiduis etiam mendacissimum cum iuramento testificentur, nec tamen a magistratu comprimantur. Istud vero cum alibi tum apud Mercatores frequentissimum est. Ij enim ut sua vendant carius, miscent mendacia, quæ iuramento confirmant; quo facto magna Deum iniuria afficiunt, cum ad dandum falsitati testimonium illum inuocant. Quo teste? Et scriptura, & ratio, & ipsismet: Omitto priora; ex te qui eiusmodi es peto, quo animo ferres, si quis mendicus vilissimus, te in testem vocaret sui mendacii, cuius tu contrarium oculis aspexisses tuis? credo si quid in te esset honestatis, ferres ægerrimè, a tam vili persona tantam tibi iniuri infamiam, ut velit te falsum dare testimonium. Quanto magis igitur Deo est iniuriosum, cum tu, qui ne comparandus quidem cum illo es, idem ab eo postulas? Alter cophinus fragmentorum marcidi istius panis est blasphemia, peior etiam priore. Puto enim nullum in mundo vel esse, vel esse posse mendacium, & nequius, & iniuriosius, quam cum mendacio aliquis suo, aut aufert

aufert Deo, quod ipſus eſt, aut per ſummum nefas impingit Deo quod ipſius repugnat naturæ; in quibus duobus vis & natura illius peccati conſiſtit. Scelus ad quod exaggerandum nulla vnquam verba ſufficiunt. Faciant id tamen obſecro, quantum poſſunt illi, apud quos hoc malum viget; nobis ne ſimplices in hiſce oris, vel ſcandalizemus, vel doceamus, ab hoc ſuperſedendum eſt negotio.

Panis ſequitur auaritiæ, qui quamuis etiam iſtorum, quæ iam explicuimus, fragmentorum, ſit cauſa frequentiffima: Quod enim periurium formidabit, qui animam ſuam venalem habet. vt eam habet auarus teſte ſcriptura? aut in quas non erumpit blaſphemias, cum damnum aliquod in facultatibus patitur? Præter iſta tamen habet duplicia alia linguæ peccata, quibus proximum lædit. Primum vocatur calumnia: cuius exemplum habes in Achab rege Iſraël, qui à Diabolo pane paſtus auaritiæ, cum vineam Naboth, in quam concupiſcentia oculorum exarſerat, habere non poſſet, quid excogitauit Iſabel vxor ipſius? Calumniam antea inauditam. Iuſſit produci falſos teſtes, qui iurarunt Naboth Deo & regi maledixiſſe: Ea igitur ratione & Naboth iniuſtè iudicatus, lapidibusque obrutus interiit, & Achab in poſſeſſionem vineæ, quam deſiderauerat

h venit.

Natura

Vſu.

*Auaritia
eſt hac &
alia procre-
at. Itaq;
Eccl. 10. 10.*

*3 Corbis eſt
calumniarum.*

*Exemplum
Achab.
3. Reg. 21.*

Domestica. venit. Quid? Putasne deesse imitatores Achabi inter Christianos? O utinam desint? At interrogandi essent quorūdam magnatum, imo etiam aliorum auarorum vicini, & dicerent quid hac in parte cum eis agatur. Modos & genera calumniarum recensere nolo, nec etiam si vellem possem: tot enim sunt, quæ avaritia excogitat, & caufidici confirmant, quot numerare nequeas. Et vero si quis istorum resistit conatibus, ut quod concupiscunt assequi non possint, Deus meus quæ non plaustra contumeliarum & maledictorum (coniungo vtrumque licet aliquantulum differant) euocunt? Et iste est huius panis, alter cophinus fragmentorum. Quæ non solum inde proueniunt, sed etiam aliis è capitibus, maximè ex ira. Obnoxiique sunt in primis huic vitio pauperes, & præ viris femina; proinde de maledicentiis, & contumeliis interrogandæ erunt in confessione diligenter.

*S. Detra.
tionum.*

Ad panem epularum & ebrietatum venio, hæc vero quæ secreta non pandunt, illæ quas detractiones non alunt? Isti igitur sunt duo alij malorum fragmentorum cantistri. De detractione egimus etiam antea. Et iduū, malum singulis concionibus inculcandum. Arbitror enim neminem fore tam impudentem, qui neget in conuiujs, epulis,

& comestationibus vestris vix alios misceri sermones, quam de vitiis & peccatis praesulum, principum, magnatum, sacerdotum, vicinorum, & aliorum quos nouimus, & quos ne nouimus quidem. Adiungitur his haud raro secretorum reuelatio, peccatum maius quam passim aestimatur. Nec mirum talia ibi fieri, mente enim est suo statu mota, quid non garrula profert lingua? Optabam aliquando legem, quam alicubi vigere intellexi, in nostris quoque nobisque vicinis fieri partibus, nempe, ne is qui vel semel ebrius comparuisset, aut iudicis, aut senatoris vnquam fungeretur officio: at verebar ne & iudicibus, & iis qui sunt a secretis, & aliis necessariis penitus priuaremur ordinibus, adeo hoc malum inundauit, vt laudi etiam ducatur. Pro pudor.

6. Reuelationis secretorum ebrius propria.

De luxuria pane quid dicam? Is quoque duos fragmentis suis implet corbes; quorum alter est obscena locutio, quam Diuus Paulus turpem sermonem vocat. Vitiu quod vno ictu multas animas mactat, praesertim puerorum & puellarum. O quam seueram rationem dabunt Deo, pro se & pro aliis tales blaterones! Alter est adulatio, quae si aut cum laudibus peccati mortalis coniuncta est, aut pellicere ad peccandum aliquem, vel aliquam conatur, lethale peccatum est, frequens in conuiujs & in aulis.

7. Turpiloquij.

Colof. 3. 8.

8. Assentationis.

9. *Irrisionis.* Postremus panis superbix & impietatis, multos micarum pessimarum dat cophinos: tum quod generale sit malum: tum quod iracundiam, & inuidiam complectatur, ideo omnia penè quæ dicta sunt, huc etiam spectant; addimus tamen duos alios: Vnum Irrisionum quod peccatum est grande, cum aut personas iustas petit, aut à pietate, imo à statu pietatis aliquos auertit. *Deridetur*, inquit Iob, *iusti simplicitas, & premitit, inuocabit Deum, & exaudiet eum*, certè non cum bono derisoris. Alter corbis est susurationum, quæ dissensiones, & dissidia pariunt, inter proximos, inter cognatos, inter matrimonio iunctos, inter fratres, inter alios innumeros, malum Deo, angelis, & hominibus abominabile.

10. *Susurationis.* Restant pisces morbidi: è quibus iudicium proprium cum præsumptione cophinum dat fragmentorum dictum veritatis (sæpe etiam agnitæ) oppugnationem: quod malum vtinam inter limites hæresis & pseudopolitix includeretur, & non etiam ad Catholicos, siue sententiæ suæ, siue commodi nimium tenaces diffunderetur; quod cum fit in re graui ad conscientiam attinente, contra communem Sanctorum & Doctorum opinionem: sine graui non fit peccato. Piscis vero amoris sui, quæ non linguæ venena spargit, si eousque deuenit, vt & de pecca-

11. *Oppugnationis agnitæ veritatis.*

12. *Gloriationis de peccato.*

peccatis quæ de flere deberet impie glorie-
tur? alius & ebrietate, & aliorum inebriatio-
ne, alius de fornicatione, alius de vindicta
ex inimico, alij de aliis? quæ parvi isti faci-
unt, sed Deus tanti, vt inter Sodomitarum
scelera, id reposuerit, dicens per Prophetam.

*Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, Isa. 3. 9.
nec absconderunt.*

Isti sunt panes, pisces, eorumq; fragmen-
ta, quibus Sathan illos, qui ei adhærent pa-
scit quotidie; quæ tamen non vult colligi,
imo cupit obliuione deleri. At vero Chri-
stus Dominus, non sua modo, sed etiam dæ-
monis tam fragmenta, quam alia vult nu-
merari: & hoc ipsum te docet, per sponsam
suam, hoc sacro quadragesimæ tempore.
Quare vt ad postremum quod promisimus
veniamus, contra fraudes istas dæmonis re-
medium, & ad Eucharistiam digne sumen-
dam, medium est, Probatio, ad quam horta-
tur te Paulus Apostolus, vt in exordio audi-
uisti. Probatio autem in eo consistit, vt videas,
quid te ad dignè participadū de hoc cibo im-
pediat: impedire te vero nō potest quicquā
aliud præter peccata: peccata igitur tollen-
da sunt, per confessionem: ad quam præpa-
res te quæso, examinando conscientiam tu-
am, secundum ea quæ tibi in hac concione
tradita sunt puncta. Itaque excuties dili-
genter conscientiam tuam, & videbis quo-

*IV. MEM.
Remedia
& præpa-
ratio ad
Eucharist.*

*1. Examen
peccatorum
per puncta
data.*

1. Cor. 11. 28

modo pasci te panibus sathanæ permiseris, quomodo per sensus tuos, portam ei ad capiendam animam tuam aperueris, quomodo iudicio & voluntate tua abusus fueris, quomodo fragmenta sathanæ adamaueris, et quæ, et quot, et qualiter; hæc omnia cum ad memoriam tibi redaxeris, prouolues te (si nõdum fecisti, quod facere debueras) ad pedes sacerdotis, obnixè ab eo rogans, vt te interrogationibus suis adiuuet, ne quid forte ex malis istis panibus, piscibus, & fragmentis memoria tibi exciderit; & omnia illi fideliter, & integrè cum circumstantiis adnumerabis.

2. *Integra
confessio.*

3. *Contri-
ctio è panis
excitanda.*

Cæterum confessioni dolorem de peccatis, quam poteris maximum adiunges, ne recitare per modum historię (vt quidam solent) ea uidearis, id enim vitiosum est. Dolorem vero incurreret tibi, timor pœnarum, quas Deus comestoribus talium panum, piscium, & fragmentorum Sathanæ præparauit : quarum multæ sunt in locis citatis: tu hæc pauca accipe. Principio ex illo Isaïæ, quod ultimo loco posuimus; qui post exaggerationem illam peccatorũ subiungit : *Væ animæ eorum quoniam reddenda sunt eis mala.* Ac si dicat, dedisti tu Deo mala peccata, reddet tibi Deus malas pœnas; quarum aliquas ibi tam viris quam feminis enumerat, sanè terribiles, sed tempora-

Isa. 3. 9.
Vniuersim.

pora-

poraneas : addit porro ; *Stat ad iudican-* *ibid. 6. 13.*
dum Dominus , & stat ad iudicandos populos.

Tu cogita quando venerit iudicium , siue
 particulare tuum statim post mortem , siue
 illud vniuersale , quales tunc poenae infi-

gentur impijs , in æternum duraturæ , & hæc
 cogitando intimo dolore animi afficere. *Peculiaris.*

Deinde considerabis stultitiam tuam , quod
 iis delectaris panibus , qui tantas tecum
 ferunt poenas. Nam postquam dixisset Sa-

lomon : *Suauius est homini panis mendacij con-* *Pro. 20. 17.*
festim subiungit : & postea impebitur os e-

ius calculo. Iob vero generaliter de omni
 dæmonis pane loquens ait : *Panis eius in v-* *Iob 20. 14.*
tero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.

Dic obsecro si proponeretur tibi cibus , om-

niium qui in mundo est præstantissimus ,

quem tu & in ore tuo in lapidem , & in ven-

tre tuo in venenum perniciosissimum esse

conuertendum certo scires ; manducarés-

ne ? Minimè ais. Quis ergo per Deum im-

mortalem , aut tam stultus es id iam facien-

do , aut infidelis , verbis Dei non credendo ?

Age ergo excute veternum , te ipsum argue ,

& de commissis dole. Denique quod caput

est , ad ea , de quibus compungeris , nunquam

redeas amplius , idque tam firmiter statuas ,

vt eligas potius mori , quam quicquam tale

contra Deum tuum , siue mente , siue ore , si-

ue opere patrare.

4. Non re-
dire ad pec-
cata.

Luce. 3. 8.
5. Fructus
facere pœ-
nitentia.

His vero adiunge *fructus dignos pœnitentia*, ieiunium videlicet, orationem, Eleemosynas cum cæteris mortificationibus, quæ huc reducuntur, & quas non solus magnus Christi præcursor, sed etiam mater nostra hoc præsertim tempore, valde nobis commendat, imo autoritate sua maternè ad eas nos cogit. Hæc omnia si sincerè ac diligenter, addendo etiam aliquid de tuo, exequeris, accede securè ad hunc sanctissimum cibum, de quo in exordio egimus, & in aliis concionibus Christo propitio copiosius agemus, & cuius hîc in Euangelio typum geri vides, accede, cibus est non venenû, dummodo tamè venenatum diaboli panem cum condimentis & fragmentis eius, fideliter velis euomere.

Mina contra obstinatos.

Quod si obstinatè id facere neglexeris, vide ne tibi eueniat quod Antiocho Regi, qui cum ad extrema deductus esset, quâuis & culpas suas agnosceret, & Iudæum se futurum polliceretur, & omnia se restitutorû quæ abstulerat testaretur, oraretque Deum

1. Mach. 9.
13.

diligenter, nihilominus scribitur de eo, *Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus.* idem ne tibi eueniat caue. At ille inquis veram pœnitentiam non habuit. Tu vero vnde nosti, an aliquam sis habiturus, qui illam nunc cum potes & debes facere renuis? Sum confessus

ego,

ego, ait alter, sed absolutio mihi data non fuit: ideo stat sententia, aut non confiteri aut querere aliquem rudem sacerdotem qui me absoluat. Dummodò absoluat, an non audisti illa ipsius Saluatoris ore prolata verba. *Nunquid potest cæcus cæcum ducere, non ne ambo in foueam cadunt?* Et nota quæso verbum *ambo*. Vterque enim vestrum in æternum ruit interitum. Itaque non sic impii non sic, sed repudiatis impedimentis, propter quæ absolutio vobis denegatur, euomite, vt toties dictum est, totum hunc panem venenatum ex stomacho mentis vestræ, in sinum boni confessarii, vt absolutione rite accepta, & hic gratiam & illic gloriam æternam obtinere valeatis, per Iesum Christum dominum nostrum. Amen.

Luc. 6. 39.



CONCIO II.

FIDES.

Q Vanto res excellentior, tanto occultior, ac inuentu, cognitu, credituq; est difficilior, quo vero est abstrusior, eo siue ad

h s

acqui-

FRAY.
DESSA-
THANÆ
ET POTE-
STAS
SPONSI
AC SPON-
SÆ.

*Quod est ex
cellentissimum
illud etiam
abstru-
sissimum patet.
1. In inani-
matis.*

*2. In homi-
ne.*

*3. In scien-
tia.*

*4. In me-
chanicis.
Hinc mos
prudentium.*

*Adem fecit
Christus.*

*In omnibus
articulis si-
dei.*

acquirendam, sive ad credendam rem illam pluribus opus est medijs ac dispositionibus. Id in natura, id in arte, quæ naturæ est imitatrix, id in ipso authore. naturæ Deo videre licet. Ex rebus inanimatis aurum, & lapilli preciosi æstimantur maximi; at quot & quantum eruendis illis è cavernis terræ labores; tum in discernendis veris à falsis requirantur trapezitarum experientia, quis ignorat? Hoc ipsum in homine viventium excellentissimo, in quo corpus quidem patet omnibus, anima verò latet plurimum, hoc ipsum in scientijs, quæ quo præstantiores, eo abstrusiores; hoc ipsum denique in mechanicis apparet artibus, quæ quò subtiliores, eò ad perdiscendas illas, plus & industriæ & tēporis requiritur. Hinc fit ut nemo prudens, scientiæ artisve alicuius peritus, tyronem eius ignarum, ad intima artis illius statim admittat, sed in vilioribus exercet eum, sicque ad altiora capestenda disponit. quod si tyro facere recusaverit, rejicitur, aut innumeris ars ipsius scatebit erroribus. Id ipsum universæ naturæ, scientiæ artisque author & conditor Deus Christus Iesus observare solet, Is enim pro immensa sua bonitate & misericordia, ne quæ creditu sunt perdifficilia, impossibilia omnino videantur, antequam ea proponat, dispositiones quasdam præmittere solet. Exempla huius diuinæ ipsius gratiæ sunt

funt tot, quot abstrusiores fidei numerantur articuli, prout cuilibet puro & humili corde querenti facile liquet. Nobis duo euenta sufficiant: alterum cuius festum circa hæc tempora celebrare consueuimus; alterum quod præ manibus habemus. Illud est, virginem concipere, ac postea parere: quod ne videretur fidem humanã penitus excedere, præmisit Deus conceptionem & partum sterili-um, ac ætate decrepitarum foeminarum, longe quidẽ à partu virginis diuersum, non modicam tamẽ ad id, quod nos profite-ur, credendum, habentem dispositionem, proinde Angelus Gabriel, loquens cum virgine mox matre futura, vti hoc argumento voluit. Alterum vero exemplum est, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, cuius cum alias tum vero in hodierno Euangelio ty- rum, & ad credendum dispositionem ha- bemus eximiam. Non credunt id tyrones nostri hæretici, qui male à malo dæmone se- ducti, cum illotis quod dicitur manibus di- uina tractare, & sine vlla dispositione altissi- ma scrutari volunt, in mille incurrunt erro- res, quibus & se ipsos perdunt, & alios infi- ciunt.

*1. Exemplum
conceptionis
Virginis.*

*2. Sacramen-
ti Eucharis-
tiæ.*

*Hereticorum
Vesania.*

*Prop. V. p̄
ca cõtinet.*

Quid ergo agemus? Opem illis pro virili nostra parte hac ratione ferre studebimus. Primo, quid nam Christus Dominus, ante, & in institutione huius sacramenti præsti- terit

terit nobis beneficii summatim referemus: deinde quomodo è contrario Sathan ei resistit, ac ad singula benefacta rebelles quosdam excitari ostendemus: postea peculiariter de hoc Evangelio agemus: tum quid in hoc sacramento à Christo statutum quidue in potestate Ecclesie relictum fuerit demonstrabimus: ad extremum quomodo hinc fides, à perfidia dignosci, fraudesq; dæmonis agnosci possint aperiemus. Da Christe Iesu ita id faciamus, vt omni perfidia & impietate euitata, ac reiecta, ad participandum hunc cibum sanctissimum, digni per te effici mereamur.

*1. PVN-
CTVM
Beneficia
Christi cir-
ca Eucharis-
tiam.*

Inter alia quæ in religione Christiana, ratione quidè penitus impenetrabilia, creditu vero omnium sunt difficillima, numeratur Eucharistie sacramentum. Nec immerito. Hoc enim est, in quo & axiomata, & placita multa antiquorum philosophorum, à regina Theologia (qua dere egimus ante octiduum) sunt plurimum castiganda, & intellectus noster in captiuitatem redigendus in obsequium Christi, & fidei ipsius, vt nos docet Apostolus. Neque vero quæ eius est bonitas & misericordia, defuit saluator noster Iesus, quin præpararet, & firmaret populum sibi acceptum in hac fide sanctissima, fecitque id non vno sed multis modis, quos ad sex capita reducere possumus, nempe ad pro-

*Ex sex capi-
tibus colli-
guntur.*

prophetias, quæ fuerunt de hoc sacramento instituendo, ad figuras, quæ multè valde exsisterunt, ad præparationem, quæ paulo ante ab ipso Christo facta præcessit, ad promissionem datam ab eodem, priusquam constitueretur, ad solemnem institutionem, ac deniq; executionem siue usum. Omnia hæc fuisse tractare, nec postulat necessitas, nec ratio instituti nostri patitur.

Itaque ex sex prædictis capitibus, singula *1. Ex præ-*
tantummodo argumenta insinuabimus. Et *phesia.*
prophetia quidem occurrit Zachariæ, qui postquam, tum ingressum Christi Domini Ierololymam in asello: tum alia præclara prædixisset fidei nostræ mysteria, caput illud sic concludit: *Zach. 9. 17.*
Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Quæ verba recte sane de Eucharistia accipiuntur. Quid enim melius, quid pulchrius, quid excellentius vel dedit, vel dare potuit Christus Dominus Ecclesiæ suæ, quam seipsum, sub speciebus panis & vini? Nihil equidem: quicquid enim aliud aut dedit, aut dedisset extra Deum fuit & fuisset, hic vero ipse Deus est. Quo pane seu frumento electi pascuntur, è quo vino virgines germinantur. Vinum enim hoc contrarias omnino habet qualitates vino communi & naturali. In naturali enim teste Paulo *Ephes. 5. 18.*
est luxuria: istud autem ut
ex

ex Propheta audis est *germinans virgines* & omnem castitatem & continentiam procreans. Experiuntur id qui ad participandum hoc sacramentum deuote, & frequenter se comparant. Et ista est tum consolatio, tum utilitas nostra in Ecclesia sancta Catholica, quibus si hæretici se spoliarunt, quid aliud nos agere conuenit, quam ut ab eodem docemur Apostolo Deum pro illis rogare, ut

a. Tu. 2. 26

resipiscant à Diaboli laqueis à quo captiui tenentur? Neque refert quicquam etiam si infideles hoc scripturæ testimonio non moueantur, cum fideles & sancti moueantur plurimū. E quorum numero fuit D. Hieronymus, qui ante mille ducentos annos locum hunc de Eucharistia intellexit, & alii multi, quos potius imitemur quam hæreticos, qui & sancti non sunt, & clarissima etiam scripturæ sacræ testimonia eludunt, ac nihili faciunt.

2. Ex. figu.

tu Manne.

Ex figuris huius sacramenti Manna sufficiat, præclara omnino esca, utpote è cælo aereo demissa, sine labore habebatur, eratque

Exo. 16. 31.

quasi semen coriandri album. gustusque eius quasi simile cum melle. At quid hoc ad nostrum panem?

Sap. 16. 20.

qui & cæli est impyrei, & omne delictamentum in se habet & omnis saporis suauitatem? Nostro n. magis, quam illi cibo, hoc sapientis seruire encomium apud me dubiū non est vllum. Quod si tū cupiam id non placet, placeant saltem ea, quæ Christus ipse

flatim

statim post Euangelium hodiernū differit, & cibum hunc cibo illi Manhu dicto multis præfert nominib. Sequitur præparatio, quæ cum propria sit huic quam tractamus hiltoria, de ea peculiari puncto agemus. Dispositioni adnectitur promissio, quam ut nobis traderet D. Ioannes, præter suam consuetudinem, miraculum hoc ab aliis Euangelistis conscriptum repetit, addendo & disputationem, quæ hinc exorta fuit, & quæ dixi promissionem illis factam verbis. *Ego sum panis* *Ioan. 6. 61.*
viuus qui de celo descendit, si quis manducauerit
ex hoc pane viuet in æternum, & panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi vita. Daturum igitur se hic pollicetur: dedit autē in vltima, *5. Ex insti-*
tutione.
 quam in mortali corpore habuit, cum discipulis cœna. Ibi enim hoc sacramentum instituit, ut tres Euangelistæ, & quartus D. Paulus testatur, quod nec ipsi dissententur aduersarij, qui sacramentum quidem ibi constitutum fuisse concedunt, sed tum de modo, quo illo uti oporteat, tum de re, quæ sacramento hoc contineatur quilibet iuxta sensum suum contendit & cauillatur. *6. Ex 6. 10.*
 Vfus denique eius habetur tum in Actis Apostolorum, vbi de primitiua Ecclesia sic scribitur. *Act. 2. 42.*
Erant autem perseuerantes in doctrina
Apostolorum & communicatione fra- *1. Cor. 11.*
tionis panis & orationibus, tum in D.
 Paulo. Hæc est igitur bona gratia
 (id

3. Ex præpar
 ratione.

4. Ex pro
 missione.

Ioan. 6. 61.

5. Ex insti-
 tutione.

6. Ex 6. 10.

Act. 2. 42.
 1. Cor. 11.

(id enim verbum Eucharistiæ significat) quam Christus Iesus dominus noster nobis reliquit, adumbrata potius quam explicata.

*II. PVN-
CTVM Re
bello*

*A simili ex
emplo.*

Ex. 1. 18.

Gen. 3. 15.

*Christo Sbi
que contra
dicitur.*

Luc. 2. 34.

In celo,

*In parady-
so.*

*In terra to-
to tempore.*

Quid ad hæc aduersarius Iesu Sathan?

obmutuitne? Minime vero. Quinimo ita

hic vires virusque exeruit suum, vt nusquam

magis. Sicut enim olim in Ægypto vt dele-

ret gentem Iudaicam, vnde nasciturum scie-

bat illum, qui contereret caput ipsius, insti-

gavit Pharaonem, vt mactaret infantes Iu-

dæorum: ita hic, imo peius: nihil enim ex di-

ctis intentatum reliquit, omnia oppugna-

uit, & oppugnat hucusque, non solum per

se ipsum, pessima quæque instillando im-

piis, vt olim scelesto Pharaoni, sed etiam per

instrumenta sua, rebelles excitando contra

singula quæ recensuimus. O quam sicut a-

lias semper, ita in hoc sacramento impletur

illa senis Simeonis de Christo prophetia.

Ecce positus est hic in ruinam, & in signum cui

contradicetur! Non solum enim contradi-

cebatur Christo in cælo, à Lucifero & Apo-

statis spiritibus, vt vult Cyprianus, Ber-

nardus, & alii: non solum contradicebatur

ei in paradyso, à primis nostris parentibus,

vt idem Bernardus discurrendo colligit: nō

solum contradicebatur ei in terrâ, tum ab

Herode & aliis, cum hæc à Simeone diceret-

tur, tum magis à scribis & pharisæis, quādo

mira-

Quid ad hæc aduersarius Iesu Sathan? obmutuitne? Minime vero. Quinimo ita hic vires virusque exeruit suum, vt nusquam magis. Sicut enim olim in Ægypto vt deleteret gentem Iudaicam, vnde nasciturum sciebat illum, qui contereret caput ipsius, instigavit Pharaonem, vt mactaret infantes Iudæorum: ita hic, imo peius: nihil enim ex dictis intentatum reliquit, omnia oppugnavit, & oppugnat hucusque, non solum per se ipsum, pessima quæque instillando impiis, vt olim scelesto Pharaoni, sed etiam per instrumenta sua, rebelles excitando contra singula quæ recensuimus. O quam sicut alias semper, ita in hoc sacramento impletur illa senis Simeonis de Christo prophetia. Ecce positus est hic in ruinam, & in signum cui contradicetur! Non solum enim contradicebatur Christo in cælo, à Lucifero & Apostatis spiritibus, vt vult Cyprianus, Bernardus, & alii: non solum contradicebatur ei in paradyso, à primis nostris parentibus, vt idem Bernardus discurrendo colligit: nō solum contradicebatur ei in terrâ, tum ab Herode & aliis, cum hæc à Simeone diceretur, tum magis à scribis & pharisæis, quādo mira-

miracula & doctrinam ipsius calumniabantur: tum vero maxime, quando non verbis modo, sed factis ipsis principes sacerdotum, vna cum gentilibus turpissimæ neci illum tradiderunt: tum denique ab iisdem Iudæis in resurrectione illis verbis: *Dicite aiunt illi scelesti ad milites qui custodiebant sepulchrum quia discipuli eius noctu venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus.* Non solū inquam istis & aliis modis contra dicebatur filio Dei, vel in cælo existenti, vel in terra conversanti, sed etiam vt dixi impletur hæc prophetia in hoc sacramento, & olim per rebelles Iudæos, & nunc per seditiosos hæreticos. Audite & obstupescite, tum ad fraudes dæmonis, tum ad cæcitatem impiorum.

Itaq; quemadmodum is, qui extremo flagrat contra aliquem odio, non solum ipsum, non solum posteros eius, (vt in Pharaone vidistis) conatur è medio tollere, sed etiam dat operam si potest, ne proles illi nascatur vlla: ita omnino sathana per scelestos homines se gessit respectu huius sanctissimi sacramenti. Proinde primum quidem Prophetas, qui illud prædixerunt, mactandos curavit, vt ea ratione memoria illorū è medio tolleretur. Ex horum numero fuit quē citavimus Zacharias, qui occisus est à Ioas Rege Iudæorum ingratisimo, vt pote qui à patre Zachariæ Ioiada regnum acceperat.

i

Idcirco

*Mat. 28. 13.**In sacramēto modis variis.**Tum vniuersim A similit.**Tum peculiariter. 1. Rebelles contra prophetas.**2. Paral. 24. 21.*

Idcirco scriptura inquit. *Non est recordatus Ios rex, misericordie quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius.* Tales sunt omnes qui huic sanctissimo sacramento resistunt, ingratiissimi sane tanti beneficii, quantum nobis Christus in eo contulit.

2. Rebelles
contra fi-
guram.
Num. 21. 5
Peiores no-
stri hære-
si.

Quid dicam de Manna figura huius sacramenti? Neque hæc caruit rebellibus quorum illa vox est apud Moysen. *Anima nostra iam nauseat, super cibo isto leuissimo.* Vere & nostrorum hæreticorum anima nauseat super cibo Eucharistico, quem leuissimum, & nihil non commune cum alio pane habere autumant. Sed caueant sibi velim ab ignitis serpentibus infernalibus, qui certissime plagis grauissimis afficient eos in æternum, nisi tempestiue aspicere per fidem, & adorare per charitatem & veram religionem voluerint, eum, quem serpens æneus præsignauit

Ioan. 3. 13.

Christum Iesum, veraciter hic in sacramento præsentē. Quod si id antesignani facere recusāt, vos qui ab illis seducti estis facite quod. Preparatio sequitur, quã hodiernum describit Euangelium, cui aduersantes Capharnaïtas D. Ioannes recenset. Postquam n. Christus per aëlo hoc miraculo reuertisset Capharnaum, loco gratitudinis pro tanto beneficio restiterunt ei in faciem Iudæi dicentes.

Ioan. 6. 30.

Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus

damus tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sic ut scriptum est. Panem de caelo dedit eis manducare. Ac si dicrent; signum hoc quod fecisti panes multiplicando, non est comparandum cum eo quod praestitit Moyses, dando populo panem de caelo, non vna die, ut tu, sed quadraginta annis, idcirco non est quod tibi adeo, ut tu exigis credamus. Illa est vox illorum rebellium: nunc vero multo est deterior meo iudicio, est nostrorum haereticorum. Peius enim haeretici de Eucharistia sentiunt, quam Iudaei, qui utique magnifice senserunt tunc de Manna quod de caelo cadebat, tum de pane hoc in Evangelio hodierno descripto, qui miraculose multiplicatus fuit. Nostri vero rebelles panem sacramentalem a pane vulgari in nullo discernunt. Ceterum Christus dominus murmur Iudaeorum per multis iisque validissimis confutat rationibus, quarum vna est Promissio data de instituendo hoc sacramento, verbis quae iam audistis. Quid? deerant ne hic rebelles? Imo aderant, ita ut non plebs modo vel Pharisei, sed et ipsi discipuli, non verbis modo sed etiam factis repugnerent Christo, diuinum hunc cibum promittenti. Verbis quidem cum aiunt: *Durus est hic sermo, et quis potest eum audire?* facto vero cum dicitur. *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro.* Quibus dicit Saluator. *Hoc vos scandalizat.* O quam id est verum in

*Deteriores
nostri.*

*4. Rebelles
contra pro-
missionem.*

Ibid. v. 60.

Ibid. v. 68.

*Ibid. v. 10.
Rebelle in
instituti-
one.
10. 13. 27.*

*1. Cor. 11.
6. Rebelle
in v. 11.*

*III. PVN-
CTVM
Euangeliū
confertur
sacramen-
to respe-
ctū.*

1. Temporis

2. Personæ.

3. Rerum.

nostris hereticis, qui nec hisce pmissis Christi, nec multis aliis credunt. Sed & institutio huius sacramenti rebellionem non caruit. Ibi n. aderat is de quo hic inquit Iesus ad discipulos. Nonne ego duodecim vos elegerim, & ex vobis vnus diabolus est? Iudas videlicet Iscariotes, qui accepto tū sacramēto hoc ad iudicium sibi: tū buccella, post quā introiuit in eū Sathanas, exiit continuo, ad p̄dendū magistrū suū traditor sceleratissimus. Quid vltus huius sacramenti? Is & oī inquietos habuit non paucos, quorū meminit Paulus, & nūc rebelles habet innumeros, de quibus dicam cum primum ea, quæ Euangeliū hodiernum nobis hac in parte porrigit explicauero.

Historiam quam hodiernū nobis describit Euangeliū, præparationem fuisse quādam ad sacramentum Eucharistiæ, & ipsum miraculum, & ei adiuncta testantur. Declarauimus id ex parte in exordio primæ concionis, demonstramus iam idem copiosius. Et de tempore quidem iam diximus. Pascha vtrinq; fuisse, hic quidem prope vt noster Ioannes testatur, quando vero hoc sacramentum institutū est, fuit ipsum pascha Iudæorum. Sed & de circumstantia personæ non est quod dicamus, cum clarum sit tam miraculi huius effectorem, quam sacramēti institutorem, eundem Christum Iesum existisse. Ad ea quæ vtrinq; sunt venio. Hæc vero

vero ita conueniunt, vti eōuenire solent, fi-
 gura cum figurato, typus cum re quam ad-
 umbrat. Quamuis n. in modo affinitas sit a-
 liqua, semper tñ illa ab hac, tum essentia tñ
 dignitate, tum vtilitate superatur: quod si a-
 licubi, hic in pr̄mis cōspicitur. Etenim quā-
 uis miraculū hoc eū sacramento conueniat,
 quod vtrobiq; sit panis: multum tñ ab in-
 uicem discrepāt in eo, quod in hoc miracu-
 lo sit semper panis simplex, isq; hordeaceus,
 in sacramēto vero, ante consecrationē qui-
 dem panis est triticeus, post illam autem est
 panis qui de caelo descendit. Christus Iesus. *104. 6. 58.*
 Quanta in ipsa rei essentia differentia? Item *5. Trans-*
 congruunt, quia vtrobiq; sit circa panē ali-
 qua transmutatio: at differunt, quia in ho-
 dierno miraculo fuit Conuersio circumia-
 centis materiæ, in panē hordeaceum; in Eu-
 charistia vero sit transubstātiatio panis tri-
 ticei, in verū corpus Christi Domini. *6. Vitiā*
 Quanta hic præ illo maiestas? Rursum tam hic quā
 illic per cibum datur vita; sed longe differē-
 ter. Hodierna enim esca, ad modicum tēpus
 vitam contulit corpori, Eucharisticus vero
 cibus ille est de quo ipse saluator ait, *qui mā-*
 ducat hunc panem viuet in aeternum. Quantum *ibid.*
 emolumentum? tātum quo maius nullum. *7. Tentatio*
 Sunt & aliq; inter hæc congruentiæ, & dispa-
 ritates. Eiusmodi est, quod & hic PHILIP-
 PVM, & in sacramento alios tentet Iesus, non
 i 3 qui-

quidem illis verbis VNDE E MEMVS PANES
 VT MANDVCENT HI: sed illis, *Hoc est corpus
 meum, Hic est enim sanguis meus.* Quæ multi
 qui s: Christianos vocant, Philippum imi-
 tantes, non omnipotentia dicentis, sed suo
 metientes ingenio, in fide turpiter errant,
 Denique tam hic quam illic facit Christus
 DISCVBERE, sed in cœna solos tantû Apo-
 stolos, hic totum populum per Apostolos,
 quia hic typus tantum est sacramenti, quod
 omnibus est relictum, ibi Apostoli in sacer-
 dotes consecrantur: propterea ibi ipse Chri-
 stus post consecrationem distribuit, hic per
 discipulos id ipsum facit, vt quid in Ecclesia
 & per Ecclesiam, sit gerendum, nos edoceat.
 Id igitur iam videamus.

IV. PVN-
 CTVM
 Potestas
 Christi &
 Ecclesia.
 Regula hæc
 de 10.

Per magni equidem interest nosse, quid-
 nã, sicut in aliis, ita in hoc sacramento Eccle-
 sia facere queat, quid nequat. Rei enim istius
 ignorantia, multos peperit, paritque er-
 rores. Porro regula hæc esto. Quicquid ad
 essentiam sacramenti pertinet, totum id ipse
 Christus instituit, quicquid vero est accesso-
 rium, id in potestate Ecclesiæ totû positum
 est. Etenim tanta est sacramentorum nouæ
 legis maiestas, vt nõ nisi ab ipso Christo Deo
 ordinari potuerint: tãtus ipsius in sponsam
 suam amor, vt quod olim synagoge negarat,
 hoc nunc Ecclesiæ liberaliter concedat. O-
 lim n. Deus minutissima quæq; circa cere-
 monias,

monias, multo vero magis circa sacramēta
qualiacunq; illa fuerunt, ipse per se, dictādo
ea Moyſi, constituit: nunc vero multa Ec-
clesiæ constituenda reliquit. Proinde Pau-
lus Apostolus ex primis Ecclesiæ columnis
cum de hoc ipso sacramento, multis dis-
seruisset, concludit dicens. *Cetera autem cum
venero disponam.* Quod si ab eo petas; unde
nam illi tanta auctoritas, et circa sacramenta
in quib⁹ cardo salutis nostræ vertitur, quip-
piam disponendi? Respondet eximie in E-
pistola quā hodie in sacrosancti officio legit
Ecclesia (quem etiā locum nos alias tracta-
uimus) explicans nobis allegoriam duarum
uxorum quas habuit Abraam, quarum al-
tera libera fuit, & designabat Ecclesiā Chri-
sti: altera ancilla, & vetus testamentum figu-
rabat. Sicut ergo bonus paterfamilias, si v-
xore caret, per se ipsum ordinat omnia agē-
da, seruis & ancillis, quæ deinde sponsæ post-
quam eam duxerit vniuersa committit, ita
omnino in veteri testamento, ex constitu-
tione diuina fere cuncta pendebant, quæ
in noua lege in potestate prælatorum posita
sunt, salua tamen vt dixi ipsorum sacra-
mentorum essentia. Quæ vero perti-
neant ad substantiam, & quæ sint acciden-
talia, ipsa eadem cui hoc Christus reuela-
uit nouit Ecclesia. Contrarium vero vi-
demus & miramur in hæreticis, qui ac-

*Excellentia
noua legis
præ veteri,*

*1. Cor. II.
34.*

*Ratio D.
Pauli.
Gal. 4, 22.*

A simili

*Summa hæ-
reticorum
cæcitas.*

cessoria quidem mordicus defendunt, ideoque Ecclesiam scindunt, essentialia vero tam circa numerum sacramentorum, quam circa alia, quilibet pro libito suo ordinat & reordinat, statuit & immutat. Quanta cæcitas! Sed iam ad proposita accedamus. Neque vero omnia tractabimus, sed illa tantummodo, quæ Euangelium hodiernum nobis insinuat.

*Essentialia
huius sacra-
menti.*

*PRIMUM
Et hic sit
corpus Chri-
sti.*

*REIICIUNT
id sacramen-
tari.*

*Credunt a-
lii omnes
quod astru-
tur.*

*Argumento
ex hoc mt-
vaculo do-
prompto.
NOTA.*

Primum itaque & præcipuum, quod ad essentialiam huius sacramenti pertinet est, ut hic tam verum & reale sit corpus Christi, quam veri & reales fuerunt panes isti à Christo in Euangelio hodierno multiplicati, quapropter necessarium est ex ordinatione Dei, ut ipse Christus seipsum hic statuatur, quod & facit. Non credit hoc Calvinus cum aliis sacramentariis, sed credit non solum Ecclesia per totum terrarum orbem corporibus dispersa, spiritu autem unita; sed etiam Græci, Armeni, Russi, cæterique schismatici omnes, & Lutherani, ac alii hæretici multi, Et merito credunt. Quemadmodum enim hic quia & potuit & voluit Christus dominus panes, piscesque istos multiplicare, ideo subsequutum est opus: ita quia in Eucharistia, & voluit & potuit corpus & sanguinem suum relinquere, necesse est ut credamus reliquisse. Quid? Num inficiaris potuisse? At fides quam de
omni-

omnipotentia ipsius habemus, cogit nos id credere. An vero voluisse illum dubitas? Cur ergo de hoc quoque miraculo non ambigis? Maioris ne auctoritatis sunt apud te verba Ioannis dicentis, *VT AVTEM IMPLI- TI SVNT*, quia credis turbas istas satiatis fuisse pane hoc miraculoso, quàm verba ipsius filij Dei asserentis, *Hoc est corpus meum*, quia illis fidem adhibere non vis, nempe esse hic verum, *panem supersubstantialem*, ipsum Christum Iesum. Vel forte præter velle & posse, requiris aliquid aliud in Deo, vt opus perficiatur? Dic quæso quidnam sit istud, & iam non solum à Christianis, sed etià à gentilibus qui solo lumine naturali gubernantur, cõdemnaberis, & stultitiæ argueris. Nec dum vides ad quantam vesaniam, vos vestræ argutiæ induxerunt? In nobis certè requiritur ad opus perficiendum, vltra posse & velle, etiam scire ac nosse, rem illam quæ fieri debet: at illi de quo dicitur, *Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius*, quis nisi stultissimus rerum omnium notitiam negabit? Sed videor mihi videre, quid tu ad fidem dandam exigis, id videlicet vt sicut turba ista visu, gustu, odoratu, & tactu percipiebat hic fuisse veros panes, & pisces: ita tu iisdem sensibus agnoscas esse hic verum corpus Christi, quod quia non sentis credere recusas. At non recordaris, fidem, in qua tantopere in-

*Mat. 26. 26.**Mat. 6. 11.**Ineptitudo
hæreticorū.**1. Con. Lu-
men natu-
ræ.**Heb. 3. 14.**2. Con. Scri-
pturam.*

Rom. 10. 17
Mat. 26. 26
3. Con. ex-
perientiam.
Gen. 2. 17.

epitè gloriaris esse ex auditu, auditum autem per verbum Christi. teste D. Paulo? Cur ergo verbo ipsius Christi, *Hoc est corpus meum.* nō credis potius, quam tuis sensibus, qui ad ingenerandam fidem nihil faciunt? Meminisse te saltē oporteret, quid cum prima parente tua Eva actum fuerit: Ista enim dum eisdem potius sensibus, quam illi verbo ex ore Dei progresso. *Morte morieris* incautē credit, se, & nos perdidit. Id ipsum certissimo tibi pollicere ni respicias.

SECVN-
DVM ES-
sentiale, esse
hic Christiū
antequam
manduce-
tur.

Verum progrediamur ulterius, & tum ministrum, tum modum huius Sacramenti indicemus, quorum vtrumque itidem à solo Christo Iesu ortum habet. Et minister quidem non est alius quam sacerdos, & consecratus legitimè, & legitime verba consecrationis proferens, quod cum facit, ex pane & vino, fit corpus & sanguis Christi Iesu. Hæc dixerim ad contexendam promissorum seriem. Nam tum de sacrificio, tum de sacerdotibus nouæ legis, alias data occasione est agendum, huc id solum spectat, quod ultimo loco positum est, nempe esse in Eucharistia verum corpus Christi, statim post prolata verba à sacerdote, antequam manducetur; imo etiam si non comedatur, quod negant Lutherani, contententes non nisi in vsu id fieri, sed iniquè & cōtra scripturam negant. Multis contra istos agere nolo,
duo

duo sufficiant. Alterum mollius ex hoc miraculo: Sicut enim hinc multiplicati fuere panes, & pisces, tum in manibus Christi, tum in manibus Apostolorum, ut vult Chrysostomus, & alij, textusq; ipse indicat: erantq; veri panes antequam iis turba vesceretur: ita etiã est verum corpus Christi in manibus sacerdotum, priusquam à quoquam sumatur. Nō enim os sumentium, sed verba diuina illud efficiunt. Alterum argumentum est euidentius ex ipsa, & in ipsa institutione huius Sacramenti. Quæro enim ab istis, quando Christus Dominus protulit verba illa, *accipite & comedite, hoc est corpus meum*. fueritne tum temporis corpus Christi in Sacramento, vel non? Si negant fuisse, falsitatis arguunt Iesum, quod magnæ blasphemiz genus est. Si cōcedunt fuisse, approbent igitur fidem Catholicam, nondum enim erat in ore comedentium Sacramentum quando hæc dicebantur, & tamen erat verum corpus Christi. Quod in calice multo etiam est euidentius, Bonum enim tempus intercedere debuit, antequam vltimus ex eo sumeret, & tamen à principio statim verum fuit quod dixit Christus. *Hic est sanguis meus.* *Mat. 26. 28*

Quid hac demonstratione clarius?

Ad modum quo hinc existat corpus Christi venio. Eū nos asserim? neq; esse per loci mutationē, quasi Christi de cælo huc descēdat,

TERTIUM esse hic per transubstantiationem.

ut nem.

1. Probatur ex hoc miraculo.

2. Ex institutione fortissime.

NOTA.

Mat. 26. 28

Mat. 26. 28

*Calumnia
hereticorū.* vt nos credere calumniatur Calviniani, neque per Vbiquitatem, quam vocant, & confinxerunt Lutherani, asserentes Christum Dominum, sicut secundum Diuinitatem, ita iuxta humanitatem esse vbique, ac proinde etiam in pane, vel sub pane Eucharistico. Sed absint hæc deliramenta ab Ecclesia, quæ delirare & errare nec vult nec potest. Quapropter corde credit & ore profitetur, non aliter, quam per TRANSVBSTANTIATIONEM panis & vini, esse hîc corpus Christi, idque ab ipso Iesu institutum esse, nec mutari posse. Egimus hæc de re aliquando, sed & nunc agendum est, breuiter tamē, & quantum loci exigit occasio, quæ omit-
tenda non erat. Et primum quidem quod verbo transubstantiationis, hæretici offendantur, quid mirum? Mirum foret si non offenderentur. A principio enim Euangelij hæreticis semper id in vſu fuit, verbis Trinitatis, incarnationis, personæ, & similibus pro necessitate ab Ecclesia inuentis scandalizari, vt vel inde si voles eos cognosceas, ipso etiam D. Paulo teste, qui expressis asseuerat verbis eiusmodi homines languere, circa
questiones, & pugnas verborum. Quam vero iniquè, & insulsè id faciant, videte & obstupescite quæso. Concedunt Ciceroni, Plauto, Terentio, & aliis huius farinae viris portenta vocabulorū inuenire, & ipsi tanquam
ora-

*2. Verbo op-
pugnato as-
gnosceas hæ-
reticos.*

*1. Ex more
omnium.*

2. Ex Apost.

1. Tim. 6. 4

3. Ex Ratione

Oraculis, eorum vtuntur ad inuentionibus, licet (quod mirandum magis) habeant alia eiusdem verbi synonyma, & non permittunt toti fidelium congregationi, vel vnum nouum verbum excogitare, ad noua & omnibus sæculis inaudita mysteria, quæ Deo reuelante didicit, commodius exprimenda! Iustenè. *Videat Deus & iudicet.* Ego vnum ab istis scire vellem, quamnam vocula latina, hanc quam nobis hodiernum Euangelium describit transmutationem vocari velint? Respondent, vel vniuersali (generali dixisse debueram, ne aures istorum offendam) nomine, vel periphrasi se tunc vsuros. Cur ergo idem non facitis ad exprimendas nugas nugacissimas, sed per omnes Nizolios, Calepinos, Thesaurus inquiritis verbum rei illi proprium, quod si non inueneritis, ipsi excogitatis, & vultis vt alij eo vtantur, cum ipsi virorum sanctissimorum, doctissimorum, eloquentissimorum tam Græcorum quam Latinorum verbis vti renuatis, non quod mala sint, sed quod malam vestram doctrinam confodiant?

Verum pugnas verborum vt nos monet Apostolus relinquentes, ad rem ipsam accedamus. Quæro itaque ab istis, vnde nam hi panes fuerint, quibus tot hominum millia sunt saturata? Non puto tam impudentes futuros hæreticos, vt dicant aliunde eos al-

latos

*4. Ex Eu
uangelio.*

*Occurritus
responsionis.*

*Probat. &
Transub.
ex Euang.*

latos fuisse, cum Euangelistæ apertè testentur, quinque tantum panes Christo oblatos esse, eosq; nō proprios, sed à puero acceptos, vt miraculū in aliena peractū materia fieret illustrius. Quī ergo panes isti multiplicati fuerunt? Nescio an alios modos excogitare poterint aptiores, quam quos à sanctis ante mille ducentos annos inuentos legimus, nēpe vel per transmutationem aëris, aut alterius materiae panibus illis & piscibus adiacētis, in panes & pisces; aut per creationem, nō quidem nouorum panū & piscium, sed nouarum particularum, panes & pisces istos auctos fuisse. Si primum concedunt, quare igitur per Deū in Sacramento idem, vel pene idem non solum negant, sed etiam oppugnat tam atrociter, vt malint totam turbare Ecclesiam, quam suā deserere pertinaciam? Ego certè (præter id, quod idem hīc Christus sistatur, qui iam antea est) ratione transmutationis, non aliam hīc differentiam video, quam quod in hodierno miraculo, non solum accidentia quædam, sed etiam materia rerum ex quibus transmutatio facta est, remanserit, noua forma inducta; in Eucharistia vero præter accidentia panis & vini remanet nihil. An negabunt omnipotentiam Dei materiam quoque vel in nihilum redigere, vel transformare posse? Quod si vero alterum, hoc est creationem admiserint, quid

*Differentia
inter hanc
transmu-
tationem
& transub-
stantiationem.*

*Item inter
creationē.*

quid facient aliud, quam difficiliori concessio, quod facilius est pro absurdo absurde reputare? Quis enim rationis particeps, non cēset, multo esse difficilius ex nihilo aliquid, quam ex re vna aliam efformare? Vtique hic adest materia circa quam agēs occupari potest, quæ ibi penitus abest. Non possum præter meā consuetudinem, longiorem S. Ambrosij non adducere in medium sententiā, in qua omnia quæ diximus, ad vnguem expressa mihi esse videntur. Is igitur loquens de hoc Sacramēto inquit, inter alia [Tu forte dicis. Meus panis est vsitatus, sed panis iste, panis est ante verba Sacramētorū, vbi accesserit consecratio de pane fit caro Christi] ecce transubstantiatio. Pergit. [Ergo sermo Christi hoc conficit Sacramētum. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Iussit Dominus & factum est cœlum, iussit Dominus & facta est terra, &c.] ecce creatio. Subdit [si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse, quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur] ecce quod modo diximus, comparando creationem cum transubstantiatione. Porro Ambrosio consentiunt cæteri Patres, tam Græci quam Latini, qui transmutationem hanc variis insigniunt nominibus & exemplis: Ac tandem, & ad rem penitus explicandam,

*Ambr. lib.
4. de Sa-
cram. ca. 4.
Ambrosij
de dictis e-
ximum te-
stimonium.
NOTA.*

&c

*Transub-
stantiatio-
nis vocabu-
lum quādo
E cur cœ-
pit.*

& ad vniformitatem in dicendo conseruati-
dam Ecclesia Christi, ante quadringentos
circiter annos, verbo transubstantiationis
vti cœpit: quod miro omnium Orthodo-
xorum consensu, & susceptum, & approba-
tum, & hucusque seruatum fuit semper. E-
ant iam qui animam suam perditum ire vo-
lunt, & contempta tot millium sanctissimo-
rum & doctissimorum, quodque caput est
totius Ecclesiæ auctoritate, perditorum ali-
quot hominum, qui vix quicquam aliud,
quam negare omnia sciunt, sequantur ob-
literationes; Videbunt olim miserrimi, quid
hac sua effecerint proteruia, & insipientia.

*Congruen-
tius mi-
raculis cum
transubstā-
tiatione.*

Cæterum omissis aliis, quæ adduci possent,
tum auctoritatibus, tum rationibus, ex hoc
quod præ manibus habemus miraculo, tam
transubstantiationis, quam præparationis ad
Eucharistiam, aliquot congruentias osten-
damus. Quarum prima sit, è verbis, quæ &
hic, & in vltima cœna habentur **ACCEPTIT**
IESVS PANEM. Vnde tale à minori quod
dicitur formo argumentum. Si simplex tan-
tum modo contactus Christi, miras, & non-
nunquam substantiales effecit transmuta-
tiones, leprosos mundando, cæcos illumi-
nando, surdos & mutos sanando, ad vitam
denique mortuos reuocando, tactu enim
manus filia Archisynagogi, tactu loculi fi-
lius viduæ ad Naim resuscitatus fuit, quæ
trans-

*1. Ratione
acceptio-
nis
panis à mi-
nori.*

*Matt. 8. 3.
Mat. 9. 20.
Mat. 7. 33.
Mat. 9. 27
Luc. 7. 14.*

transmutatio substantialis fuit, nempe ca-
 daueris in viuum hominem transformatio.
 Si ergo inquam solus contactus Christi tan-
 tum potuit, quatum valebit cum hodierna,
 tum vero illa in cœna vltima solemnîs panis
 in manus acceptio, tantum equidem vt cum
 in hoc miraculo, tum multo magis in insti-
 tutione huius Sacramenti, veram, realem,
 & substantialem necessum sit concedere
 transformationem. Altera congruentia in
 verbis illis D. Lucae, *Et benedixit illis* (pani-
 bus videlicet) notatur. Nam vt alias iam ali-
 quoties è scriptura deduximus, benedictio
 Dei nunquam transit inanis & vacua, sem-
 per enim confert aliquid siue accidentale, si-
 ue essenziale, prout in panibus & piscibus i-
 stis videmus, idemq; in vltima cœna, per be-
 nedictionem cuius ibi fit mētio factum cre-
 dimus. Imo multo efficacius, Si enim hic
 creditur transmutatio essentialis, etiamsi ea
 verbis non exprimat, quanto magis cre-
 enda est in institutione Sacramenti, vbi ex-
 pressis verbis Christus effectum benedictio-
 nis suæ explicans inquit: *Hoc est corpus meum:*
Hic est sanguis meus? Quæ mens sine mente,
 hæc inter se conferendo, obscurioribus cre-
 dit, clarioribus vero non vult fidem adhibe-
 re? Audite eundem Ambrosium pulchrè
 hac de re ibidem differentem. Ait enim.
 [Probemus non hoc esse quod natura for-
 mauit;

*2. Ratio
 benedictio-
 nis istidem;
 Luc. 9. 16.*

*Mat. 26. 26
 28.
 NOTA.*

mauit: (ecce evidens testimonium panem
ibi non esse) sed quod benedictio consecra-
uit, maioremque vim esse benedictionis
quam naturæ, quia benedictione etiam na-
tura ipsa mutatur.] Quam eximie! & hæc
est fides Catholica. Denique ea quæ superius
diximus, conferendo hoc Evangelium cum
Eucharistia, huc quoque spectant. Neque
pluribus de his quæ Christus in hoc Sacra-
mento per seipsum constituit agere volo. Ce-
tera enim alteri occasione, & tēpori referuo.

*Accessoria
huius Sa-
cramenti
Ecclesia
commissa.*

*1. Tempus
quod mu-
satum.*

1. Cor. 11.

*Typus in
Evangelio.*

Transeo ad illa, quæ sponsæ suæ commi-
sit Iesus, ac in potestate eius esse voluit, pro
loco & tempore ordinanda, vel dispensanda.
Ea vero sunt ut dixi, quæ ad essentiam non
pertinent Sacramenti, sed sunt illi adiecta,
Circumstantiæ à nostris vocantur. Quarum
prima sit TEMPORIS. Notum est enim om-
nibus ex tribus Evangelistis, & D. Paulo hoc
Sacramētum in sua institutione, vesperi, ce-
na legali absoluta, distributum fuisse, & hoc
ipsum Corinthios factitasse constat: nunc
vero non nisi matutino tempore, & ieiuno
stomacho, etiam ab hæreticis sumitur. Quo
authore? Proferant hæretici vel vnum iota
de hac mutatione ex scriptura, quam se so-
lam sequi gloriantur. Et quia non produ-
cent quicquam, agnoscent tandem Ecclesiæ
auctoritatem, in re sanè haud parvi momēti:
de quo alias. Iam vero typū hodierni Euan-
gelij

gelij intueamur, in quo vtrumque conside-
 rare possumus. Nam & tardam horam fuisse
 testantur alij Euāgelistæ, cum primis autem
 illa verba Matthæi: *vespere autem facto.* nihil *Mat. 14. 17*
 ominus plerosque ieiunos fuisse, cum Apo-
 stoli qui ideo dimittere iubent turbam, *ut e-*
untes in castella emant sibi escas, ne videlicet ni-
mium fame debilitentur, tum miraculum i-
pium loquitur. *Ibidem.*

Secunda circumstantia est PRÆPARA- *2. Latio pe-*
 TIONIS, quam in institutione fuisse per lo- *dum qua*
 tionem pedum Apostolicorum constat ex *relictæ.*
 D. Ioanne. Eam vero cessasse & apud nos, & *Ioan. 13. 22*
 apud schismaticos, & apud hæreticos expe-
 rientia clarum est. Quæ auctoritate? Oston-
 dant hæretici scripturam. Nulla est, sed est
 consuetudo Ecclesiæ, quæ in talibus dispen-
 sare posse affirmamus, nos negant illi. Quæ *In cena*
 vero conscientia, quod negant observant, i- *Dom. Con. a*
 p̄si viderint, nos plura de hac re agemus,
 quando quæstionem de vna specie excutie-
 mus. In Evangelio hodierno nullus huius
 rei typus conspicitur, forte propterea, quia
 ita in Ecclesia geri debere Spiritus sanctus
 præuidit, & hic insinuauit, nempe cessare id
 debere.

Tertia circumstantia est PERSONÆ, in *3. Persona*
 qua magna quoque est vis Ecclesiæ. Hæc *quarum*
 enim quosdam quidem adultos propter de- *quadam*
 licta à communione repellit; infantes vero *arcentur &*
 alicubi *flagitiosos.*

alicubi quidem admittit, alibi vero ab ea ar-
 cet, iuxta antiquam consuetudinem, quæ
 in talibus norma esse debet. Illis qui infan-
 tibus dant communionem fauet aliquantu-
 lum Euangelium hodiernum. Paruulo-
 rum enim meminit Matthæus, quos vsos
 esse hoc cibo vix dubium esse potest. Pro
 iis vero qui infantes arcent, est tum Dauid,
 qui adorationem, tum Paulus qui discretio-
 nem; & reuerentiam in sumendo hoc cibo
 requirunt; quorum nihil fieri potest ab in-
 fantibus. Imo reperitur in eis magna irre-
 uerentia tanti Sacramenti, quod ipsum Chri-
 stum continet. Quam ob causam etiam i-
 bi, vbi olim mos iste viguit, iam est abroga-
 tus. Hæretici vt solent diuisi sunt. Hus e-
 nim adeo infantibus communionem ne-
 cessariam esse ait, vt omnes qui illam non
 dant ipse damnatus damnet, alij vero ple-
 rumque nobiscum sentiunt, quamuis scri-
 ptura quam solam iactant nulla ad hoc ni-
 tantur.

*Mat. 14. 21.
 Vt infan-
 tes.
 Psal. 21. 30.
 1. Cor. 11.*

*4. Locus
 qui templū
 & ubiq.*

*Morem
 Caluini
 NOTA.*

Quarta circumstantia est **LocI**, qui
 quamuis ad vsum huius Sacramenti proprius
 sit templum ipsum, potest tamen imo & de-
 bet deferri ad ægros in lecto decumben-
 tes, quod prohibent Calviniani, atque ita
 suos in extremis positos Sacramento priuāt.
 Et vero si rem ipsam non fidem eorum spe-
 ctes, bene id equidem faciunt, tum ne sibi,
 ægro.

ægotisq; maiorem pariant damnationem; tum quod vanissimum sit cum modico pane ad illum venire, qui multis panibus eiusdem farinae domi suæ abundat. Ad eandem loci circumstantiam pertinet dispensatio in usu altaris quod vocant portatilis. Eximia sanè facultas, qua non distributio modo, sed & oblatio corporis & sanguinis Christi, ubique locorum (dummodo sine periculo, & irreuerentia id fieri possit) liberaliter conceditur. Fluxisseque id creditur ab ipsis Apostolis, qui non solum in domibus fidelium, sed etiam in egyptis, & sepulturis martyrum Missas celebrabant. Porro si id hæretici rident, quid mirum, cum isti totius antiquitatis sint osores perpetui? Rideat etiam Christum Dominum, qui hodiernum miraculum, quod aliquantulum huius rei typum gessit, in desertis locis expedire voluerit.

Vsu altaris portatilis.

Quinta circumstantia est **MODI**, quo hoc Sacramentum distribuitur, nempe aliquando quidem sub vna, aliquando vero sub utraque specie prout Spiritus sanctus qui regit Ecclesiam, dispertiendum iudicauerit. Fremunt hinc hæretici, & plenis contra nos buccis debacchantur, sed etiam si rumpatur, nunquam tamen efficiunt, ut quod Christus Iesus sponsæ suæ benignè contulit, proteruia ipsorum euacuetur. Ut quis in Sacramento accipiat verum corpus Christi, essenziale est:

5. Modus sub vna specie.

vtid sub duabus, vel sub vna specie sumat, id omnino accidentarium, ideoq; dispensabile est. Verum quia hæc causa longiorem requirit tractationem, ad aliud tempus differenda erit. Nunc satis sit notasse hoc, & monuisse, quod neq; in hoc miraculo, quod præparatio quedam ad hoc Eucharistiæ Sacramentum fuit, neq; in alio ei simili, quando septem panibus quatuor virorum milia Christus pavit, neq; (quod maximum) in usu huius Sacramenti, quando Iudæi recens conuersi illud sumebant, vlla alicuius potus mentio fiat.

Reiectio.

Argumenta insinuantur.
Mat. 15. 35

V. PVN-CTVM Antiheta. Summa fraudum demonii.

Vltimum quod proposueram aggredior, & tum fraudes, quas hic dæmon struxit struicq; tum quonam modo, & fides à perfidia, & Ecclesia à synagoga Sathanæ discerni queat compendio ex dictis demonstro. Et quod ad machinas quidem diaboli attinet, eas tam per Iudæos contra Prophetas, cõtra figuras, contra preparationem & promissionem, quam per hæreticos contra eadem, & contra institutionem, usumque huius Sacramenti excitatas, continuatas, augmentatas, & ad summum impietatis, vt dicerent, non est hic Christus, deductas, audiuitis. Eas igitur, & agnoscere sciatis, & cauere studeatis, non veltro, sed illorum, quos vobis Christus sui loco reliquit iudicio confidentes; sic enim non ab errabitis aliquando, & si ab errastis, ad amplectendam rursus veritatem, quæ in sola

Vsus.

sola est Catholica Ecclesia remeabit. Signa porro veræ fidei & perfidiæ hîc notata & examinata generalia quidem duo sunt: alterum quod iam iam audistis. In hac enim cõgregatione, in qua per gratiam diuinam nos sumus, & prophetiæ, & figuræ, & præparationes, & promissiones, & institutio, & vsus, & alia quæcunque traduntur, de hoc Sacramento, grato suscipiuntur animo, & exactè ad amissim omnia obseruantur. Alterum quia hîc vnique quod suum est tribuitur, & quidem quod Christi est proprium, nunquam mutatur, quod vero liberaliter ipse sponsæ suæ reliquit, in his pro ratione temporum, personarum, locorû, modorum, sit alternatio, prout Spiritus sanctus qui Ecclesiam regit immutadum censuerit. Hæc est maxima, & consolatio, & firmitudo nostra, quæ ex eo magis magisque crescit, quod videamus istos qui hinc se segregarunt, in contrarios planè, (notate hoc rogo diligenter) labi defectus: & ea quidem quæ essentialia sunt Sacramenti, pro libitu suo absque vilo scrupulo consciëntiæ mutare: ea vero, quæ adiectitia sunt, pro immutabilibus reputare. Istud est iusto Dei iudicio, præmiû superbiæ, hæc merces proprii iudicii & pertinaciæ. Quod vt constet liquidius ad singularia descendamus.

Itaq; apud nos in Ecclesia Catholica, eademque

k 4

*Duo signa
generalia
fidei &
perfidie.*

*Consolatio
& firmitudo
Catholicorum
maxima.*

*NOTA.
Extrema
hereticorum
caecitas.*

*1. Signum
Ecclesie.*

demque Romana creditur, non solum in
 coelis: sed etiam in terris in hoc Sacramen-
 to, reperiri verum ac reale corpus Iesu Chri-
 sti Domini nostri, quia id ipse immutabili-
 ter constituit & ordinavit. E contrario Cal-
 uiniani aliique sacramentarij hoc quod est,
 ut ita dicam essentialissimum huius Sacra-
 menti pernegantes, communionem quan-
 dam spiritualem ingerunt, suisque identi-
 dem inculcant, miro artificio & dæmonis a-
 stu, quem aliquando longo discursu oportebit
 denudare. Apud nos præterea ex ea-
 dem Christi ordinatione immobili credi-
 tur, non aliter quam per ministerium sacer-
 dotis verba Christi ritè proferentis, in Eu-
 charistia statim præsentari corpus Christi.
 Quod Christi statutum repudiantes Luthe-
 rani, asserunt non nisi in usu id fieri, atque
 ita non verbis verbi omnipotentis, sed ori,
 vel gutturi suo præsentiam Christi contra
 scripturam evidentem, & omnem rationem
 impudenter adscribunt. Apud nos item
 creditur, non aliter quam per conuersionē,
 seu transubstantiationem panis & vini, in
 in corpus & sanguinem Iesu, ipsum hinc ad-
 esse, iuxta perennem institutionem suam,
 Cui resistentes omnes nostri temporis hæ-
 retici, alij quidem vbiquitatem sibi confin-
 xerunt, alij cœlo Christum includentes,
 fallacem illum in dictis suis effecerunt. Vi-
 dete

*Fraus Cal-
 uiniana.*

*2. Signum
 Ecclesia.*

*Impuden-
 tia Luthe-
 ranorum.*

*3. Signum
 Ecclesia.*

dece iam apud fictores ne ac blasphemus i-
stos, an non potius apud nos, qui contrariū
eis cum tota antiquitate sentimus, Ecclesia
Christi reperiatur? Addam etiam istud, a-
pud nos creditur, non alia materia ad confi-
ciendum hoc sacramentum vti quenquam
posse, nisi ea in qua ipse Christus dominus
consecrauit, nempe pane, & vino. Hanc illi-
batam Christi constitutionem ita hæretici
violant, vt Philippus quidem Melancthon,
mulum loco vini concesserit, alii vero in
defectu panis triticeī, sub orbiculis raparum
suum distribuerint sacramentum. Et bene
sane iuxta fidem illorum, si enim vbique
Christus est præsens secundum humanita-
tem, tantundem profecto erit sub rapa-
rum vel caparum, quam sub panis orbi-
culis eum accipere. O execratio! ò vesa-
nia!

Vt vero tam crassos suos cooperiant er-
rores ac deliria, quid excogitarunt? Id vide-
licet: videntes Ecclesiam ex iis quæ ad essen-
tiam sacramenti non pertinent, alia quidem
relinquere, alia vero immutare. (Nam hoc
quoque muneris est ipsius, res tanti quanti
valent facere) ipsi hæreticorum Coriphæi
repudiatis illis quæ substantialia sunt sacra-
menti, adiectitia tanti assimant, ac si tota vis
ac maiestas Eucharistiæ in illis consisteret.
Inde Lutherani vt clara voce verba conse-
cratio-

*Deliria Lu-
theranorū
& blasphē-
mia Calu-
ni.*

*4. Signum
Ecclesie.*

*Vesania Lu-
theranorū.*

*5. Signum
Ecclesie.*

*Stultitia o-
mnium hæ-
reticorum.*

erationis proferantur vel contentur inculcant. Inde Calviniani sessionē suam ad mensam, & ne extra Synagogam detur Eucharistia urgent. Inde tam hi quam illi vsum vtriusque speciei, magnis clamoribus, & sexcentis in Ecclesiā calumniis, exigunt. Cur quæso? Nempe vt aliquid loqui videantur, vt synophantiam suam tegant, vt miseræ plebæ tenebras offundant. O quam præclare illud Christi domini in Phariseos dictum i-

*Ministri
hereticorum.*

Duces cæci.

Mat. 23. 24.

alicem, camelum autē glutientes.

Vere duces cæci,

qui quidnam sit essentielle sacramenti. neq;

ipsi vident, neq; vidēre alios patiuntur. Vere

excolantes culicem,

qui scrupulum suis in

is formant quæ sicut accessoria, ita in pote-

state Ecclesiæ posita sunt. Vere camelum glu-

tientes, quia omnia huius sacramenti intima

depascentes, reiicientes, conculcantes, nullo

hac in re tanguntur conscientiæ remorsu.

Vtinam tandem aliquando resipiscere,

& tam suæ, quam eorum quos seduxerunt

animabus consulere velint, antequam illis

obueniat, quod statim Christus subiungit

dicens. Væ vobis scribæ & Pharisei hypocritæ.

Scribas enim seipso ipsi faciunt, cum & Do-

ctores se vocant, & scripturæ interpretatio-

nem sibi usurpant. Pharisei vero, id est di-

uisi sunt, quia & ab Ecclesia se diuiserunt, &

inter se in mille discinduntur partes. Hypo-

critæ

critæ

erita sunt maxime Calviniani, qui vix vnquam populo suam sententiam sincere aperiant, praesertim circa hoc sacramentum, ita vt plebs putet in Eucharistia, vere & realiter esse corpus Christi in terris, idque ministros suos sentire contendant, quod ipse haud semel ex ore ipsorum audiuit: cum tamen ministri istorum, tantum hinc distare corpus Christi sentiant, quantum distat supremum caeli, à superficie terræ. Quid hypocrisis ista scœdus, nequius, noticiuumque magis? Nihil certe, propterea timeant illud Christi Iesu. Væ Væ, terribile sane, magis quam non modo dici, sed & cogitari potest, quod tamen certo certius illis obueniet, ni tempestiue virus suum, tum per hæresum abrenunciationem, tum per veram contritionem, tum per peccatorum suorum, quorum meminisse possunt synceram confessionem legitimo sacerdoti factam eiiciant, & euomant. Faxit Deus, vt id faciant.

*Hypocrita,
NOTA.*

Vitam respiciant.

CON.



EVANG.
CUM DO-
CTRINIS
ET DIEI
LÆTI-
TIA.

CONCIO III. S P E S.

Lata hodie
Ecclesia.

Alloquor vos mihi in Christo dilectissi-
mos verbis Ecclesie hodie lætantis ac
sanctissimum Missæ sacrificium, sic inchoā-
tis [Lætare Ierusalem & conuentum facite
omnes qui diligitis eam, gaudete in lætitia,
qui in tristitia fuistis, vt exultetis & satiemini
ab vberibus consolationis vestræ] Neq; ve-
ro in introitu modo, sed & in epistola, & in
graduali, & in ipso Euangelio, nec verbis so-
lum sed organo etiam gaudii sui prodit in-
dicia. Quid hoc est rei obsecro? Vnde hæc
matri nostræ, in cæsto tempore tanta talisq;
exultatio & an oblita est scripturæ dicentis

Ecc. 22. 6.

*Musica in luctu importuna narratio? Nunc ve-
ro tempus esse luctus & pœnitentiæ quis i-
gnorat? Cur ergo ipsa hilarescit quæ dolo-
rem à nobis exigit? Id vero charitati vestræ
declarare est animus, sed præmittendum
Euangelium.*

PROP. Bi.
partita.

Dux igitur erunt partes sermonis nostri
In priori ea quæ ex Euangelio, in aliis con-
cionibus excussa nō fuerunt, explicabimus.
textus

textus difficultates tollendo, doctrinasque morales promendo: in posteriori quæ nam sit ista Ecclesiæ lætitia, quæ eius causa dicentemur. Tu Christi Iesu effice, ita id faciamus, ut per hanc imperfectam, ad illam perennem & absolutam lætitiâ peruenire valeamus.

ABIIT IESVS, inquit D. Ioannes, cuius verba Ecclesia legit, quam uis & alii omnes Euangelistæ eandem conscripserint historiam, quam Ioannes præter suam consuetudinem repetiit, tum ut suppleret quæ alii omiserant, tum uero ut notaret quam fuerit occasio sermonis Christi cum Iudæis de instituendo & promittendo Eucharistiæ sacramento, quam disceptationem toto hoc capite copiose & perutiliter describit. Porro cum abiisse Iesum narrat in nauicula id eum fecisse alii testantur Euangelistæ. Causas uero discessus ipsius duas apud eisdem, Marcum præsertim, lego. Alteram mortem Ioannis Baptistæ, & uerba occisoris eius Herodis regis de Christo dicentis. *Quem ego decollauit Ioannem, hic à mortuis resurrexit.* Alteram illis exprimit uerbis idem D. Marcus *Et conuenientes Apostoli ad Iesum renunciauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant. Et ait illis venire seorsum in desertum locum & requiescite pusillum!* Pulcherrimæ doctrinæ, tum de fuga persecutionum, de qua alias non semel actum

I. PARS.

Euang. c. 16

doctrinæ.

Mat. 14, 13.

Mar. 6, 32.

Luc. 9, 10.

Causa repe-

rita histo-

ria.

Causa dis-

cessus Chri-

sti.

Mar. 6, 16.

Ibid. 9, 30.

9, 31.

1. Doctrinæ

fuga perse-

customum.
2. Recrea.
tis licita.
3. Qualis il
la, esse do
beat
NOTA.

Quatuor
sue condi
tiones.

Phil. 4. 4. &
5.

Quintam
addit Pau
lus mode
stiam.

Remedium
diuinapra
sentia.

actum est à nobis: tum de recreatione viro-
 rum spiritualium, nempe licitam eam & ne-
 cessariam esse: tum vero qualis illa esse de-
 beat, quatuor enim ipsius conditiones hic
 ponit, videlicet quod non debeat esse tu-
 multuosa, sed separata, propterea dicit Iesus
Venite seorsum, non prociac sed deuota, ideo
 addit *in desertum locum*, in quo cum Christo
 deuotioni, & spiritualibus colloquiis vacare
 solebant: non turbulenta sed quieta, proin-
 de subiungit, *requiescite*; non diuturna sed
 breuis, ideo sic subdit *pusillum*. O vaina sicut
 hæc sunt necessaria, & à tali magistro, qualis
 est filius Dei profecta: ita sicut nobis cordi,
 nobis inquam spiritualibus; à quibus non
 modo alee, venationes, comotationes, que
 ne nominari quidem deberet, sed etiam pe-
 tulantia, inuicem vexationes, recreationum
 diuturnæ protractiones, & omnis immode-
 stia longe abesse debet. Quid n. est, quod cū
 Paulus dixisset. *Gaudete in domino semper: ite-*
rum dico gaudete, statim subiungat; *Modestia*
vestra nota sit omnib. hominib. Non alia certe
 de causa, nisi quod sicut recreationis gau-
 dium, ita gaudium immodestia sit comes fere
 perpetuus, quæ apprimè fugienda, & propel-
 lenda est consideratione præsentia Dei, quæ
 inculcat cū subdit, *dominus n. prope est.* Quis
 n. præsentem pontifice, rege, principe, in suis
 actionib. immodeste se gerere audebit? mul-
 to

dominus igitur id faciat praesente ipso Deo. Quod si cunctis hæc competunt Christianis, sicut ab Apostolo scribuntur vniuersis, quanto magis personis spiritualibus, maxime vero religiosis? Denique habemus hic eximie descriptam vitam Apostolicam, in qua laborem quam in missionibus subiuerant Apostoli, ita alius labor est subsecutus, ut nec spaciū manducandi haberent. Quanta consolatio iis, qui strenue Apostolos, hoc praesertim messis spiritualis tempore imitantur! Quantus stimulus contra pigritiam, ne dicam sensualitatem nostrā, qui pro modico labore nescio quas commoditates, & recreationes non expetimus, & exigimus? Alacriter igitur labores subeamus lucrandarū animarum causa; tum Christum & Apostolos eius intuentes, tum post pascha relaxationē expectantes. Propter has igitur quas recensuimus causas, utque istas & alias inde hauriamus doctrinas abiuit Iesus.

TRANS MARE GALILÆÆ Stagnum videlicet illud, quod tum ob suam amplitudinē, tum phrasi hebræorum, quo omnes aquarum congregationes maria vocant, sic dicebatur. Sortiebatur autem diuersa agnomina pro prouinciis & Ciuitatibus quas alluebat varietate. Propterea additur.

QVOD EST TYBERIADIS. Ad ripam enim eius erat sita celebris Ciuitas ab Hero-

4. Doctrina de vita Apostolica. NOTA. Mar. 6. 31.

Hoc praesertim tempore.

Mare Galilee. Luc 3. 22.

Vnde dictum mare Tyberiadis.

de in honorem Tyberij Cæsaris restaurata,
& Tyberia dicta, à qua stagnum illud MARE
TYBERIADIS vocabatur. Verum oritur hic
haud parua difficultas, de loco in quo mi-
raculum istud panum factum fuerit. Noster
enim Ioannes cum & Tyberiadis mentio-
nem faciat, quæ Ciuitas venientibus ex Iu-
dæa, erat trans lacum: & aperte addat Chri-
stum iuisse TRANS MARE videtur asse-
rere ad alteram stagni ripam hoc miraculū
peractum fuisse. E contrario vero cum alij
Euangelistæ asseuerent, turbam pedestri i-
tinere, non solum secutam esse, verum etiā
præcessisse Christum (quod ad alteram Ty-
beriadis partem propter distantiam factu e-
rat impossibile) Lucas vero addat iuisse Ie-
sum *in locum desertum qui est Bethsaida*. Beth-
saida autem citra non vltra lacum illum fuit,
sicut & Capharnaū, quo Apostoli ad Chri-
stum ex missione rediisse, indeque soluisse
creduntur: eis non trans mare hæc contigis-
se videntur. Ad concordandos Euangeli-
stas, multi multa inuenerunt, pro diuersita-

Luc. 9.10.

*Franciscus
Toletus
An. 2. in
hunc locū.
Solutio è si-
tu locorum.*

te imo contrarietate opinionum. Mihi id in-
mente fuit, quod à præceptore olim meo in
Collegio Romano postea editum lubens
legi, situm videlicet locorum hunc fuisse.
Ad stagni, siue maris illius, latū, spaciosum;
& vt sit incuruum sinum, ex vna parte Iu-
dæam versus Capharnaum, in ripa vero illi
opposi-

opposita Tyberias, (ornata ponte per Iordanem qui ibi se in mare hoc exonerabat) constituta fuit, ita vt Capharnaon Tyberiadem esset quidē iter pedestre, sed paulo longius, propter obliquum sinum maris. Porro inter Capharnaon & Tyberiadē fuit Bethsaida Petri & Andrea nataliciis clara, ad quā pertinebat desertum, in quo hoc miraculum factum fuit, situm inter Bethsaidam & Tyberiadem. Quod quidem respectu Capharnaon & Iudæa, dicitur **TRANS MARE**, non quod esset in contraria plane ripa ultra Tyberiadem, sed quia erat ad latus ad quod tamen Capharnaon & oppidis ei vicinis, iter pedestre nec adeo longum fuit. Itaq; postquam turbæ audiissent Christū præcepisse Apostolis vt nauigarent in desertum ultra Bethsaidam **TRANS MARE** situm, quidam ex illis qui alacriores erant, antequam Apostoli soluerent, statim se itineri dederunt, & vt asserit Marcus *concurrerunt illuc atque ita præ-* *Mar. 8. 33.*
nenerunt Christum cum Apostolis, qui lente nauigabant. Hos vero qui præcesserant cum vidisset Iesus amanter *exceptit eos* teste Luca, *Luc. 9. 11.*
egressus videlicet è nauī. Qui tamen paucierant, nempe in amore Christi feruentiores. De reliquis vero inquit noster Ioannes.

ET SEQUEBATUR EVM MULTITUDO MAGNA. Sequebantur autem vt ait Matthæus *Mat. 14. 13.*
pedestres de ciuitatibus circumiacentibus. & ipso
 1 Caphar-

*r. Ad spem
simulatus.*

Capharnaο, O sanctum desiderium! O
præclarum feruorem Neophytorum: quem
utinam nos antiqui, imo nati in ipsa Chri-
stianitate, imitari velimus! Quam egregia
spes salutis in nostris illucesceret mentibus.
At mirum non est inquis turbam hanc id
fecisse. Subditur enim causa.

*Signa qua-
renda non
corporalia.*

*1. Cor. 14.
22.*

*Sed spiri-
tualia.*

QVIA VIDEBANT SIGNA QVÆ FACIEBAT
SVPER HIS QVI INFIRMABANTVR Quid?
adhucne tu signa quæris? An nō audisti: Pau-
lum dicentem, signa data esse *non fidelibus
sed infidelibus*. Num tu infidelis es? Absit, in-
quis, fidelis quidem ego sum, verumtamen
tanta beneficia quæ isti experiebantur, ma-
gnam incitamentum erant ad sequendum
Christum. Recte dicis, & contra te dicis.
Si enim fidelis es, vt te esse profiteris, credis
igitur nunc quoque per sacramenta infir-
mos in anima curari, cæcos illuminari, surdis
auditum restitui, leprosos mundari, imo
mortuos ad vitam reuocari. Si hæc non cre-
dis profecto infidelis es, si credis cur ad hæc
non festinas? *Nonne anima plus est* quam cor-
pus? nonne animam non solum corpori,
sed etiam toti mundo ipse Christus prætu-
lit? Quam igitur excusationem coram ipso,
angelis & sanctis eius habebis, si hæc negle-
xeris? E contrario autem si sacramenta rite
frequentaueris eximiam spem obtinebis sa-
lutis. Nosti enim duas spei esse bases: nempe
mife-

miseri cordiam diuinam, & bona opera nostra: illa per sacramenta dabitur tibi, si tu hæc adieceris, quorum vnum est, ipsa sacramentorum frequentatio. Ad quam inuitat te & turba, & tempus istud. Turba quidem. Nemini enim dubium esse potest, tantam hominum multitudinem non solius corporalis, sed plerisque spiritualis commodi causa Christum secutos fuisse: eos igitur imitare. Tempus vero quod illud ipsum est, quo te ad sacramenta confessionis & Eucharistiæ percipienda iussu Ecclesiæ præparare debes, in quorum postremo ipse Christus Iesus tã præsens est, quam turba huic adfuit. Credis hoc? Vtiq; si fidelis es, credere debes. Eo itaque accelera, cum ea quæ subditur in Euangelio præparatione. Dicitur enim.

SVBIIIT ERGO IN MONTEM IESVS ET IBI SEDEBAT. Ita nos siue in montem, siue in angulum templi aut cubiculi nostri subire, & sedendo conscientiam nostrã bene examinare oportet, vt integram peccatorum confessionem facere valeamus. Id quidem Christus in illo monte non fecit, quia nec facere potuit, qui ab omni peccato immunis fuit: nos tamen in typo, quid facere debeamus docuit. Facta ergo discussione diligenti, factorum, dictorum, & cogitationũ nostrarum prauarũ, memores simus, quod subiungitur, nempe Christum ibi sedisse.

2. Ad spec
stimulus
extensus.

Frequentatio
sacramen
torum.

Præparatio
ad caput
amen quod
sequitur.

CVM DISCIPVLIS SVIS. Cum illis discipulis, quibus, & quorum successoribus postea dedit potestatem dicens, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Hos igitur adeas, & tria quatuorue facias: Primum confitere sincere omnia peccata tua, quorum recordari potuisti. Secundo si vel iam pridem non es confessus, vel simplicior es, pete à Confessario, vt examinando, te ad plenam confessionem faciendam iuuet. Id enim & illi & tibi expedit. Tertio pete humiliter pœnitentiam & absolutionem: ac denique iniunctam tibi satisfactionem fideliter exequere. Quod si vero absolutionem tibi denegauerit, ne turberis, ne maledicas, ne peccata peccatis adiungas, sed cogita confessarium à Deo ita iudicem constitutum esse, vt aliquando debeat etiam retinere peccata, ni enim, cum tu non es capax absolutionis, id fecerit, ipse Deus faciet & retinebit ea: tu vero cœcus vna cum duce tuo cœco in foueam orci cades. Proinde nō confessario sed tibi irascaris, zeloq; sancto armatus, abiice impedimenta, vt iis ablatis, & absolutionis sacramentalis, & gratiæ diuinæ particeps esse queas. Hæc quoad moralia, quæ occasione horum verborum Deus concessit.

Cæterum quod ad literam ipsam attinet, vt omnes Euangelistæ & conueniant, & re-
 Et

Confessio in qua quatuor obseruanda.
NOTA.
Ioan. 20. 23.

Patientia si denegatur absolutio.

Et emendatio.

Facti historia & Euangel. concordantia.

Et intelligantur, præter ea quæ in prima Concione dicta sunt, hanc facti Christi breuem accipe historiam. Egressus è nauis Iesus, inuenit vt dixi qui illum præcesserant, sed paucos, vt arbitror; quibus consalutatis (placet enim plurimum seruator sanctus Christo domino) ascendit in montem, tum vt recreationem quam promiserat, daret discipulis, tum vt expectaret donec reliqua turba, quæ aduentabat conueniret. Tempus vero quo hæc agebantur, ad notauit noster Ioannes dicens.

ERAT AUTEM PROXIMUM PASCHA. Ise-
nim solus Paschata prædicationis Christi
numerat. Addit autem.

Pascha.

DIES FESTVS IVDÆORVM, vt insinuaret
mysterium quod gerendum erat in Pascha-
te Christianorum, de quo & egimus in a-
liis concionibus, & adhuc agemus. Sedens
itaque in monte cum Apostolis, & recreans
eos sanctis sermonibus. Quid enim illica-
liud agerent? O foelix recreatio. O beata re-
missio, quæ in nulla re quam in piis de Deo
sermonibus animi relaxationem sentit. Ad-
de hanc ad alias superius positas recreatio-
nis condiciones, quæ omnium est præstan-
tissima, & bonæ spei stimulus vel signum po-
tius euidentissimum.

*Recreatio
præstantis-
sima.*

*3. Spei sti-
mulus vel
signum po-
tius excel-
lentissimū.*

CVM SVBLEVASSET ERGO OCULOS IESVS.
si subleuauit oculos Christus, demissos igitur

tur eos habuit? Cur quæso? Non sui equidē
caussa, per cuius sensuum fenestras, mortem
ad animam ipsius, ingredi impossibile fuit,
nos igitur ut instrueret id fecit. Quidnam?
Dicam sequenti Concione plura, nunc vnū
pro sceminis & maxime virginibus suggero.
Solent enim istæ aliquando grauiter cōmo-
neri, ferreq; ægerime, cum quid sinistra de
ipsarum pudicitia sentire, vel loqui homines
audiunt. Et merito, sed videndum an non
suo merito. Quid inquis? Absit hoc à me
scelus: sed non scelus tantum, verum ipsa et-
iam occasio sceleris abesse debet. Quod si
hæc adest, eo quod procaci tuo oculo pro-
cos intuearis, nonnunquam & sermones,
& risus misceas cum eis, quid de fama mala
cuius tu ipsa causa es quereris? Quæsitus o-
lim vnus è septem sapientibus Græciæ. Quæ
nam mulier casta esset? respondit, de qua fa-
ma mentiri veretur. Certe de te si talia a-
gis, id non veretur. Quid remedii? Nul-
lum in mundo, meo iudicio, efficacius,
quam quod hic audis. Si enim is qui nulli
peccato, nulli peccandi occasione obnoxius
fuit, Christus Iesus filius Dei, demissos ta-
men oculos habuit, quid te oportet facere?
Id porro si tu imitata fueris, eris ex nume-
ro illarum de quibus fama mentiri vere-
tur. Quod vero sceminis dicitur, id & viris,
magis adolescentibus, maxime personis spi-
ritua-

*Cōtra pro-
fanes scē-
minas.*

Quæ casta.

*Remedium
ex Euange-
lio.]*

ritualibus competit. Cum ergo subleuasset oculos Iesus.

ET VIDISSET QVIA MVLTVDO MAXIMA VENIT AD EVM. Quid facit? Narrat quidem noster Ioannes, quid egerit, sed narrat more sibi consueto, nempe omittendo, quæ alii scripserunt Euangelistæ. Hæc vero à nobis reponenda erunt, vt series textur historiarum. Itaque videns QVIA MVLTVDO MAXIMA VENIT AD EVM. *exiens. id est descendens ad illos de monte miseratus est eis, & curauit languidos eorum, & loquebatur eis de regno Dei.* O imitandum exemplum ab Ecclesiasticis! O acceptandum à sæcularibus. Quam pulcher ad spem stimulus, si ab vtrisque id fieret, sed secus fit pro dolor. Nugas, fabellas, ne quid grauius dicam, & loquimur, & audimus, alacriter omnes: sermones vero *de regno Dei*, & silentur, & si aliquando proferuntur, cum tædio, cum fastidio interrupte audiuntur, ac tandem reiciuntur. Emendemus nos quæso vtrinque, nos qui sacerdotes vel religiosi sumus, Christum: alij vero turbam hanc imitantes, quæ tam auide sermones *de regno Dei* audiebat, vt cibi etiam obliuisceretur. Quis ad hæc non obstupescat, & exardescat? Quamdiu porro id facit! Respondet Lucas. *Dies autem cœperat declinare.* Matthæus vero ait *vespere autem facto*

*Continuatur historia
& multa
difficultates tolluntur*

*Mat. 14.
14.*

Luc. 9. 11.

NOTA.

*4. Spes sunt
multæ.*

Luc. 9. 11.

*Longa Christi
sibi Concio.*

Luc. 9. 42.

longe concio & tamen auditur perlibenter. Quid vero Apostoli? Hi *accesserunt ad Iesum dicentes, desertus est locus & hora iam prateriit. Dimitte turbas, vt euntes in castella emat sibi escas.* Bona, laudanda & sectanda cōpassio: at non iunitanda diffidentia. Idcirco audiunt à Iesu. *Non habent necesse ire, date illis vos manducare.* Quis est sermo iste? Nunquid Apostoli tm̄ vel escæ, vel æris habebât, vt tot milia hominum alere possent, quia iubet vt dēt turbæ ad manducandū? Minime vero. Non ergo, vt ego quidem arbitror præcipit, sed prædicat, vel vt melius dicam, & præcipit, & prædicat, quod paulo post fieri debuit, nempe Apostolos daturus turbæ cibos ad manducandum, ipso Christo & panes piscesque benedicente, & vt id facerent iubente.

Cæterū Apostoli hæc non capientes, sed simpliciter Christi verba intelligentes, consiliam inter se inierunt de emendis panibus. Cuius conclusio illa fuit. *Euntes emamus ducentis denariis panes & dabimus illis manducare.* Conficit hæc summa florenos nostrates & Rhenenses circiter triginta. Quid? Erantne illis tantum in zona pecuniæ? Negant alii, concedunt alii. Illi paupertatis amore, hi contextu sermonis ducti, qui certe huic, quam illi, magis fauere videtur sententia. Neque vero id paupertati Christi, & religiosorum, quicquā officit, imo ni ego fallor,

pro-

*Mat. 14, 15
Ibid. apud
Matthæum
Mat. 14, 15.
Iusdē pro-
phetia.*

*200. Denariis efficiunt
flore. 30.
Mar. 6. 37.
Quaritur
an tantum
habuerint.*

*Probatur
habuisse.
1. ob bonū
religiosū.
NOTA.*

proficit plurimum. Sciuit enim Iesus exor-
turos quosdam, tum qui contenderent, non
licere personis religiosis mendicatio viuere:
tum qui propter votum paupertatis con-
sciētiam haberent etiam in communi quic-
quam possidere. Itaque vt vita sua vtrisque
mederetur, Saluator vniuersalis, aliquando
quidem tam pauper fuit, vt ne in communi
quidem quicquam possideret, adeo vt disci-
puli ipsius cogerentur spicas vellere, grana-
que ad sedandam famem inde extrahere, id-
que in die Sabbathi, vnde probabile est illos,
& tunc & alias cibos emendicasse. Nonnun-
quam vero habuisse illos aliquid pecuniæ in
bursa communi patet, tum ex oculis quos
Iudas ferebat, quorsum enim illi, si nihil vn-
quam in eis inueniebatur? tum ex verbis il-
lis Apostolorū ad Christum, *Vbi vis paremus*
tibi comedere pascha? Præparatio enim hæc,
pro tot personis, haud exigua pecunia indi-
gebat; tum maximè ex eo, quod cum audis-
sent Apostoli Christum Iudæ Iscariotæ di-
centem; *quod facis fac citius, putabant quia*
loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus. E-
me ea quæ opus sunt nobis, ad diem festum; aut
egenis vt aliquid daret; tum denique ex hoc
quem præ manibus habemus loco. Quo-
modo enim tam libere loquerentur, *Euntes*
emamus, si denariis caruissent? Dicerent po-
tius eamus emendicemus, vel credito acci-
piamus.

Matt. 12. 1.

*2. Ex locu-
lis.*

*3. E pascha-
te.*

Ioan. 12. 6.

Matt. 26. 17

4. Clavè.

Ioan. 13.

27. & 28.

Mar. 6. 37.

*5. Ex bodi-
erno Euam-
gelio.*

piamus. Hæc salua fide Catholica, & meliori iudicio. Iam ad continuandam historiam redeamus, Dum igitur Apostoli de his inter se conferunt, seque ad emendos panes accingunt, Christus volens vt eis constaret, cur dixisset, *date illis vos manducare.*

*Ibid. apud
Marcum.
Cur Philip-
pus inter-
rogatur.*

DICIT AD PHILIPPVM. Quem fortassis viderat magis sollicitum & contentiosum: quod ex responso ipsius, Christo dato, non obscure colligi posse videtur, Cū enim Christus quæreret:

VNDE EMEMVS PANES VT MANPVCENT HI? Ac si diceret. Consultatis inter vos de panibus emendis: tu vero Philippe, quid de hac re sentis? Porro hæc solus Ioannes habet, quæ omissa ab aliis suggerere voluit, quia nō parui momenti erant, Subiungitque ex suo.

HOC AVTEM DICEBAT TENTANS EVM. Causamque dicti huius adiungit, inquiens de Christo.

*Imo tenta-
tur.*

NOTA.

IPSE ENIM SCIEBAT QUID ESSET FACTVRVS. Imo noverat etiam quid Philippus erat responsurus, quærit tamen tentando. Quare? Egimus hac de re Dominica prima quadragesimæ. Certum est neque hanc, neque alias Dei tentationes, esse tentationes propriè dictas. Non enim lapsum (quod verè tentationi propriū est) sed lapsū potius contrariū in iis intendit, sicut & Christus

stus

flus Dñs in ista sua interrogatione. Voluit enim vt Philippus ad instar Petri, profiteretur Christum esse filiū Dei, proinde posse illum modis variis opē ferre multitudini isti, cāq; vel saturare, vel sine fame dimittere. Id enim si Philippus dixisset, multū procul dubio sibi meruisset. Verum nihil ille tale. Sed

RESPONDIT EI PHILIPPVS. Per-
fuerans in sua carnali opinione,

DVCENTORVM DENARIORVM PA-
NES NON SVFFICIYNT EIS, NON SO-
lum ad saturitatem, verum etiam

VT VNVS QVISQVE MODICVM QVIBVS
ACCIPAT, panemq; degustet. Quasi
dicat. Cogitant quidem mei socij, vt dictis
tuis obtemperant, ducentis denariis emere
panes, Ego vero dico etiā hac emptione nos
nihil effecturos, famemq; potius illorū irri-
tatos, quam sedatos, imo quorundā ne
irritatos quidem, vt enim omnes inde de-
libent aliquid, mihi videtur impossibile. Ha-
bes typū humanæ prudētiae, secus Beatissima
mater Dei, quæ in defectu vini in Cana Ga-
lilææ, diuina vtens prudētia, ita sperat Chri-
stum populo illi opem laturum, vt dicat mi-
nistris. Quodcunque dixerit vobis facite. neque
spes eius fefellit eam, neq; nos nostra faller,
si eam imirati fuerimus, potius quam Phi-
lippum. Quid enim putatis, quōnam imi-
tatores habeat Philippus nūc inter Christia-
nos?

Matt. 16. 10

*Philippus
respondet
prudētiam
humanam.*

*Mater Dei,
diuina.*

Ioan. 2. 5.

*s. Spes sti-
mulus.
Philippum
multum imi-
tantur.*

nos? Ego arbitror vix numerari posse, qui humana freti prudentia negligunt diuina. Vnum è mille exemplum cape, materiæ quæ tractamus, & tempori congruum. Reor non deesse quempiam, qui ad tot prædicatorum, & piorum virorum exhortationes, comminationes, obsecrationes, quibus ei suadent vt præcepto Ecclesiæ satisfaciens, per Confessionem ad sacram synaxim se præparet, dicat sibi id factu impossibile esse: Quod si causam requiras, respondebit. Quomodo enim ego, qui tot & tantorū sum mihi conscius peccatorum ad participandam tantam maiestatem me præparare possum? Respondeo tibi duo vel tria; Primum non hanc causam esse cur abstineas à sacra communione, quam prætendis, sed aliam, quam taces, & quam ego tacere non debeo, etiam si alias dixerim. Non humilitas inquam est in causa, quam verbis insinuas, sed nequitia quam factis prodis, nempe quia seortum habes, quod eiicere non vis, quia culpam inimico condonare non vis, quia malè parta benè restituere non vis, quia hæc, hisque similia præstare nō vis, ideo abstines, & caluas quæris excusationes, quibus si homines fallis, nūquid Deū decipies, in cuius manus aliquando tandem crede mihi, magno cum tuo malo deuenies? Sed spero inquis ego meliora. Dixi toties non spem sed præsumptionem istam

*Vt excusan-
tes se à
cōmuniōne.*

NOTA.

*Tum hypo-
critice tum
inepte.*

*S. Spei ste-
minius.*

istam esse, qua tot hominū millia perierunt, quot tu & capillos capitis, & pilos corporis non habes. Et adhuc manes obstinatus. Porro spē habere poteris, si eiusmodi mente postposita facies quod teneris. Verum sint licet hoc puro ac sincero corde profecta (crediderim nunquam) quid inde aliud sequetur, quam quod hic in responso Philippiaudis? sapientia videlicet humana, quam insipientiam melius dixeris. Sapientia enim quæ diuinæ resistit ordinationi, stultitia est. Metus qui nos abstrahit ab explendo diuino præcepto, per Ecclesiam declarato, vana formido, non humilitas est. Certum quidem est, si tuo te metieris pede, quod nunquam ducenti denarij, id est tota tua substantia sufficiet, vt ad cibum hunc sumendum dignè te præpares: at si Christi Domini intuebere bonitatem, non solum liberaliter tibi se ipsum in escam relinquentem, sed etiam per sponsam suam ad cibum hunc capiendum te inuitantem, spem concipies optimam, illum tuos defectus suppleturum, sicut in hoc miraculo eum fecisse vides, dummodo tu facias, quod à te requirit mater tua, Ecclesia sancta, prout ista turba fecit, id quod illi præcepit Christus per Apostolos. Ita enim obediendo ecclesiæ falsam illam, & hypocriticam vera humilitate profligabis. Sed intueamur iam, quid ad eandem quæstionem, alter disci-

*Vera humi-
litas falso
opponitur.*

discipulus, siue interrogatus, siue non respondet. Itaque

DICIT EI VNVS EX DISCIPVLIS EIVS,
Vt noster Ioannes qui interfuit testatur.

ANDREAS FRATER SIMONIS PÉTRI,
Ihan. 1. 42. qui etiam Petrum ad Iesum adduxerat. Quid vero dicit?

Puer externus.

EST PVER VNVS HIC inquit. Quidam per puerum istum, vnum ex Apostolis intelligunt, propter alios Euangelistas, qui asserunt Christum discipulos interrogasse. *Mar. 6. 38.* Quot panes habetis? Illos vero respondisse. *Luc. 9. 13.* Non sunt nobis plusquam quinque panes, & duo pisces. Sed probabilius est, & apud me certum, puerum istum, externum fuisse: imo crediderim cum dicit Andreas esse vnum,

QVI HABET QVINQVE PANES HORDEACEOS ET DVOS PISCES, ad vendendum hæc illum tulisse. Solent enim multitudinē, fere semper, sequi eiusmodi homines, quæstus sui causa. Propterea Apostoli apud alios Euangelistas dicunt se illos habere, quia pecunia statim habebantur. Id igitur præsupponit Andreas, & addit suum iudicium dicens.

Excusatur Apostoli

SED HÆC QUID SVNT INTER TANTOS? Hoc quoque diffidentia est argumentum, minus tamen, quam Philippi, qui istorum ne mentionem quidem facit, pro nihilo ea ad tantam hominum multitudinem fatian-

fatiendam reputans. Quamuis putarim non tam diffidentia, quam inconsiderationis cuiusdam hæc signa fuisse. Cum enim primum hoc fuerit multiplicandorum pænum miraculum, mirum non est Apostolos nihil tale suspicari, vel expectare potuisse. At mirum est valde post tot audita miracula, post tot quæ experti sumus diuinæ prouidentia circa nos experimenta, diffidentia adhuc nos peccato laborare. Quoties enim in corde, imo etiam in ore istud. **SED HOC QUID EST INTER TANTOS**, obuersatur nostro? tanto absurdus, quanto minor quam hic, imo minima, imo nulla est diffidentia occasio, tanto turpius, quãto & illicita quærimus media, & non in seculares modo, sed etiam in Ecclesiasticos id cadit vitiũ. Quid enim sibi vult aliud, illa pinguiũ reddituum aucupatio, illa plurium beneficiorum coaceruatio, quam re ipsa dicere, **SED HÆC QUID SVNT INTER TANTOS?** Quos vero tantos, cum solus sis cum puero? vel certè esse deberes, vt fuerunt maiores tui vicini pientissimi. At inquis hæc tempora aliud quid requirunt, nempe vt ad conseruandam dignitatẽ Ecclesiasticam famulalantur, mensæque adornentur, munuscula secularibus offerantur, & alia his similia perficiantur. O quã sepe & grauitè in his & fallimur, & fallimus. Fallimur quia nõ videmus oculis

*Accusatur
Eccl.
suffici*

*Occurrit
obscenib.*

oculis nostris, nos cum tot redditibus, famulis, familia, magnificentia, minoris tamen aestimari, quam alios, pauperes quidem cenibus, at diuites virtutibus. Fallimus vero cum antequam beneficium acquiramus, multa nos ad laudem Christi, & utilitatem Ecclesie praestituros recipimus, quorum postea facimus nihil.

Omnes arguuntur.

Hæc dixerim non ut sæculares Ecclesiasticos fugillent: Sed ut & his oculos aperiã, quos sæpè auaritia, & ambitio claudit, & omnes ut emendent moneam. Quotus enim quisque est, qui suo sit statu contentus? Omnes equidem cum verbis tum factis clamant, SED HÆC quæ possideo QUID SVNT INTER TANTOS? Hinc ad augendas opes, ad familiam extollendam, ad locupletandos posteros, vsurarij cõtractus centum, iniquitates aliæ mille excogitantur, perficiuntur, continuantur. Omnes igitur indigent correctione, quam faciamus quæso seriam, serio, & quidem isto ad hanc correctionem destinato tempore. De præteritis doleamus, de quibus dolemus, ea non iteremus, quæ iniuste possidemus restituamus, de reliquis eleemosynas faciamus, & ut maiores dare possimus frugaliter viuamus. Ea enim ratione triplex spei stimulus admouebitur cordibus nostris. Primus minimus, respectu bonorum temporalium, nempe necessaria nobis

Remedium

7. Spei stimulus & eleemosynarum fructus triplex

bis nunquã defutura. Locutus est enim qui non mentitur Deus, *qui dat pauperi non indigebit.* *Pro. 28. 27.* Secundus excellentior, de remissione peccatorum, & donis spiritualibus, quẽ docet Daniel magnum Regem admonens. *Consilium meum placat tibi & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.* *Dan. 4. 24.* Tertius excellentissimus extremo vitæ nostræ tempore. Nam de scemina illa, quæ *manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem,* *Pro. 31. 20.* testatur Spiritus sanctus, quod *ridebit in die nouissimo.* *Ibid. 25* Idemq; tibi obuenturum, si ea quæ diximus habueris, certo tibi pollicere. Quãti fructus ex re modica! Quã pulchra & multiplicia spei argumenta ex re perfacili. Quid enim hîc difficultatis? Non sunt multiplicanda dura ieiunia, non aspera flagra, non fastidiosa cilicia, non permolestæ peregrinationes, sed manus solummodo marsupio est applicanda, & ea quæ extra nos sunt, nec quicquam corpus affligunt liberaliter distribuenda Christi pauperibus, imo ipsi Christo, Christi Iesu exemplo, cum alijs sæpe, tû hodie exhibito. Quid enim is aliud hodie quam elemosynam facit? Modum audi.

*Earundem
facilitas.*

*Et exemplum
quo maius
nullum.*

DICIT ERGO IESVS, tum Philippo & Andreæ, tum alijs Apostolis.

FACITE HOMINES DISCVMBE- *Obedientia
RE. Obstupescunt vt arbitror, ad rem illis
imago.*

m

antca

antea inauditam, exequuntur tamen incunctanter, nec causam requirunt, ut dent nobis perfectæ exemplum obedientiæ, præsertim religiosis, quorum est, non solum non tergiuersari, verum etiam ne inuestigare quidem causas imperij. Hac igitur stimulemus animam nostram, imo listamus. Illa enim est spei anchora exitiæ, quæ nauim animæ in portu locat, ne in hoc mari procelloso, mundi illis fluctibus, naufragiū patiatur. Syncere enim diuinis, & qui à Deo potestatem acceperunt mandatis obediens, submergitur nunquam. Per commodè autem accidit, ad mandata Christi explenda quod subiungit Ioannes.

*8. Stimulus
spei & fru-
ctus.*

ERAT AUTEM FENVM MVLTVM IN LOCO. In gramine ergo multitudinem illam collocarunt. Per fanum enim phrasi Hebræa gramen intelligitur. Ideo ait alter

Mar. 6. 39. viride fanum.

*Assus obe-
dientia fru-
ctus.*

DISCVBERVNT ERGO, Turbæ nempe sicut Apostoli, Christi; ita illi Apostolorū iussis obtemperantes, Diuina enim comparatur iustitia, ut eis, qui suis sunt obediens superioribus, alij quoque, imprimis vero subditi morem getant. Considerunt igitur,

*Cur per con-
tubernia dis-
uisi usur.*

*Mar. 6. 39.
Ibid. 40.*

VIRI NUMERO QVASI QVINQVE MIL-
LIA. Quos Apostoli iussu Christi Domini
per contubernia ac per centenos & quinquage-
nos, distribuerunt. Quare? Tum ut facilius
mandu-

manducarium iniretur numerus, tum ut ostenderet se ordinis amatorem esse Deum, quem utinam in nostris præsertim oris imitari studeamus. Pulcherrima res est ordo, & qua in orbe terrarum speciosior nulla. Discumbente turba.

Ordinis commendatio.

ACCEPIT ERGO IESVS PANES. Quos, ut alij testantur Euangelistæ, adferri sibi mandauerat. Vult enim quantum fieri potest, ut creatori sua cooperetur creatura. Nam etiam hoc ad ordinem vniuersi multum cõfert. Utinam vero id agamus omnes, & quotiescunque ipse nos, siue internè, siue externè monet, mouetque, acquiescamus & cooperemur ei. Quam breui in spiritu proficeremus, quam pulchra spei signa in nobis videremus sequitur.

Item cooperationis.

EI CVM GRATIAS EGISSET. Neque hoc solum, sex enim actiones ipsius, circa hoc miraculum numerantur. Primum enim panes in manus accipit, tum ut nemo dubitet ipsius hoc factum esse potentia, tum ut hoc miraculum institutioni Eucharistiæ respondeat, quod & in aliis penè omnibus operibus videre licet. Secundo respexit in cælum: ut & hominè se esse demonstraret, & quid nos facere oporteat doceret, ne videlicet nostris viribus vlla in re fidamus. Si enim is qui in manu omnia habuit, opus inchoaturus cælum aspicit, quid nos

Sex actiones Christi.

1. Accipio panum.

Causa dñi.

2. Cæli intus stridit.

Luc. 9. 16.

2. Spei stimulus.

3. Gratiarum actio ista.

Ioan. 11. 41

Ibid. 43.

Decimus
spei stimulus
excelsus.
Iaco. 1. 6.

4. Benedictio.
Luc. 9. 16.

nullius valoris homunciones facere decet? Et hic quoque sit spei nostrae stimulus, ac materies. Spei enim natura est, sursum ferri, & de caelo quaerere, & expectare auxiliu. Tertio gratias agit, ut hic audis. Id vero quamuis siue post cibum, siue post acceptu beneficium, ut plurimum fieri soleat, facit tamen nonnunquam Christus ante, sicut in resuscitatione Lazari fecisse illum legimus. Vbi eleuatis sursum oculis dixit, Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me, ego autem sciebam, quia semper me audis. Postea facta gratiarum actione, clamauit Lazare, veni foras. Quid hic est mysterij? Duo noto, tu plura a Deo pete. Facit enim id Christus, tum ut tam certo futurum credatur quod fieri vult, ac si iam factum fuisset: tum ut instruat talem nos in Deo fiduciam habere debere, ac si iam peractam rem intueremur. Idemque postea ipse docuit Apostolus monens, ut qui perit a Deo postulet in fide nihil haesitans, per fidem, spem intelligens. Nam & in scriptura, & in communi sermone, haec saepe confunduntur. Sit igitur spei nostrae stimulus perfectissimus, certitudo impetrationis. De quo alias plura. Quartum opus est benedictio, cuius Lucas meminit. Et vero priores illos actus facit ut homo; hunc vero ut Deus. propterea actione ista naturae immutantur. Qua de re egimus, & in secunda Con-

Concione, & antea non semel. Quintus est fractio: quam actionem sicut & præcedentem vides etiam in re figurata. Nam ut ait Matthæus in institutione Eucharistiæ, *Accipit Iesus panem, & benedixit ac fregit deditque discipulis suis.* Id ipsum hîc factum est, & ista est vltima Christi actio. Differunt tamen. Ibi enim dedit Apostolis, ut ipsi sumerent, non simplicem panem, sed panem in corpus ipsius conuersum: hîc vero dat ut turbæ apponerent merum panem. Porro hanc vltimam actionem expressit Ioannes, dicens de Christo Domino.

5. Fractio.

*Mat. 26. 26
6. Distributio.*

DISTRIBUIT DISCUMBENTIBVS. Non per semetipsum, sed per Apostolos, ut ex aliis Euangelistis patet. Distribuit autem panes, ut audistis hordeaceos crassos. Quibus tamē additur aliquid obsonij loco. Nam subditur.

Facta per Apostolos.

SIMILITER ET DE PISCIBVS iussit apponi discumbentibus. Istud erat Christi Iesu epulū, tot millibus exhibitum, tenue ut videtis, & non adeo sapidum, liberale nihilominus, propterea subiungitur.

Epulum Christi quale.

QUANTVM VOLEBANT. Hæc verba ad vtrumq; , nempe tam ad panes, quam ad pisces referri vix esse dubium potest. Porro quomodo hæc multiplicatio facta fuerit, dixi in præcedenti concione; ideo non est quod repetatur. Est tamen quod à vobis

Reiectio duplex.

quæram; nempe, quâ nam vobis hoc Christi conuiuium quinq; vel forte decem millibus (cum mulieribus & pueris qui aderant) hominum exhibitum placuerit? O quantus campus loquedi de Conuiuijs & epulis; verum duplex tempus impedit: tum cõcionis quæ excreuit, & adhuc restant aliqua; tum quadragesimæ, quæ conuiuia non patitur.

*Doctrina ex
epulo Chris-
ti.*

*1. Frugali-
tas.*

*2. Alacri-
tas.*

*3. Necessi-
tas.*

Itaq; tria tantû tribus verbis suggere. Principio peto à vobis, an carum habuissetis huic interfuisse Christi epulo? Nihil dubito responsuros id vos desiderare maximè. Date igitur operam, vt quod vobis ad eò placet, in hoc Christum imitemini: in frugalitate inquam. Rogo deinde, vt si cui molestus est vus, & esus piscium ac aliorû ciborum quadragesimalium, recordari velit huius pauperrimi conuiuij IESV. Ita enim fiet, vt ea quæ in bonum vestrum, quæ ab ipso Christo, quæ à matre vestra constituta sunt, propter Christum non solum tolerantur, sed etiam dulcescant. Præterea memores eorum, quæ sequuntur verborum.

VT AVTEM IMPLETI SVNT, id est postquam saturati sunt, satietas autem ista non erat ad gulam implendam (neq; enim fuit quod illam irritaret) sed ad necessitatem explendam. Idem vos quoq; rogo faciatis, cum omnium hoc tempore præcipuè. Audite porrò quod subditur.

DIXIT

DIXIT DISCIPVLIS SVIS IESVS.

Idem suo modo dicit etiam vobis.

COLLIGITE, QUÆ SVPERFVERVNT
FRAGMENTA NE PEREANT. Myste-
ria, vltimæ concioni seruo, literam inculco,
hortorq; moneoq; & rogo, vt vos quoque
fragmenta ciborû vestrorum colligatis pro
pauperibus, non pro helluonibus, non pro
canibus, nō pro collatione vespertina. Intel-
ligitisne quæ loquor? Vereor, ne illi minimè
intelligere velint, qui maximè deberent. Ex-
plico igitur & ab vltimis incipio, qui die quo
ieiunandum est ex præcepto, bonas piscium
portiones, imò patinas ex prandio seruant
vespertinæ delibationi, quæ non nisi ex ijs
quæ de terra nascuntur, fieri debet, eaq; mo-
dica, modici potus, non autem refectio-
nis causa, Priores verò alio id fine faciunt, nem-
pe vt post aliquot horas iterum apponan-
tur, quo conuiuæ habeant sitis incitamen-
tum, ad ingentes crateres alacrius exhau-
riendos. Nonne sit? Rectè ne? cum in-
terim pauperes esuriunt & sitiunt? Quo-
rum quidem inopum, quot quaso deca-
des alerentur, cum ex reliquijs cibi ac po-
tus, qui ab helluonibus ingeruntur & ege-
runtur: tum ex magnis frumenti varij
generis aceruis, qui in greges canum, à
nobilibus expendantur? Ineatis obsecro
vobiscum rationem, & efficite ne cane

m 4 vilior

4. Liber
litus.

Tria reli-
quias ser-
uantium
Sitta
NOTA.

vilior sit apud vos homo, eodem quo vos & redemptus, & nobilitatus diuino sanguine. O consideratio digna homine Christiano. Neque vero micæ tantum pauperibus porrigite (quas nihilominus ille diues epulo, sepultus postea in inferno, negavit

Luc. 16. 21. Lazaro, qui vtinam imitatoribus inter Christianos careat) sed bonas partes ac frustra relinquit. Audite enim quid dicat Euangelium.

COLLEGERVNT ERGO Apostoli iussis Christi ad nutum obtemperantes.

ET IMPLEVERVNT, vsque ad summum.

*Cophini
quales.*

DVODECIM COPHINOS FRAGMENTORVM. Singuli singulos. Mystera nouit, qui miraculum fecit, & cui ipse voluerit reuelare. Cophini autem isti erant vasa viminea magna, talia, vt reor, cuiusmodi in dorso ferre solent, tum pistores cum panibus, tum pauperes mulierculæ cum reculis, imo nonnunquam cum pueris suis, quarum ibi magna multitudo fuit. Vnde patet & magnos eos fuisse, & facile plures haberi potuisse. Videtis quanta residui copia?

EX QVINQVE PANIBVS HORDEACEIS. Non ex micis profecto, sed ex bonis tum panum, tum piscium particulis, & portionibus collecta, ex iis

QVÆ SUPERFVERVNT HIS QVI *Alia Christi-*
 MANDVCAVERANT. Quantum vero *si liberalis-*
 putas tantam hominum multitudinem a-
 liarum reliquiarum domum secum aspor-
 tasse? Id quidem non constat ex historia sa-
 cra, sed est satis probabile, neque Christum
 neque Apostolos prohibuisse ne id facerēt,
 præsertim pauperiores. Id ipsum vos agite, *imitanda.*
 quando mendici ad vos veniunt, prout ple-
 rumque facitis, mercedem à Domino Iesu *Undecimus*
 abundantem relaturi, & iste sit quoque spei *spei stimu-*
 vestræ stimulus egregius. Hęc igitur nos do-
 cet in hoc epulo Christus dominus. Iam ve-
 ro intueamur, quidnam sit subsecutum,
 quod sic describitur.

ILLI ERGO HOMINES. Quinque
 virorum millia, præter mulieres ac pue-
 ros.

CVM VIDISSENT QVOD FECERAT
 IESVS SIGNVM. Nec signum modo sed &
 grande beneficium.

DICEBANT QVIA HIC EST VERE *Messiam*
 PROPHETA. Aliqui in signem quendam *hic intelligi*
 Prophetam illos intellexisse aiunt. Mihi nul-
 lum videtur esse dubium Messiam hic nota-
 ri. Tum quod sub datur. *probat.*

QVI VENTVRVSEST IN MVNDVM, *i. E. Phras.*
 quod epithetum, vel periphrasis esse vide-
 tur Messie, iuxta prophetiam Moyfi: Tum *Deut. 18. 15*
 quod in Græco addatur articulus magni
 m s momen-

2. Ex Articulo.
3. Ex inauguratione.
NOTA.

momenti. Dicitur enim ille propheta, quo excellentior nullus, & quem prophetam Moyses per antonomasiam vocavit. Tum vero quia volunt illum facere regem, eo videlicet fine, ne quid illi desit ad officium Messie, quem regem præpotentem debere esse sibi imaginabantur, sicut hucusque omnes Iudæi imaginantur. At frustra de inauguratione ipsius in regem cogitant. Subditur enim.

IESVS ERGO CVM COGNOVISSET, cogitationes eorum, & propensiones cordium, nempe.

QVIA VENTVRI ESSENT, Facta conspiratione, simul conglobati, & coaceruati.

VT RAPERENT EVM, VI, suspicabantur enim, quod res erat, illum regnum detrectaturum.

6. Reg. 10.
22.

ET FACERENT EVM REGEM, sicut fecerunt primum suum Regem Saulum, qui tamen postea consensit; secus Christus Dominus. Nam præcauens futura, cui futura omnia erant in aternitate præsentia.

Christus dimittit turbam & Mar. 6. 45.

FVGIT ITERVM IN MONTEM, IPSE SOLVS. Non tamen statim fugit. Nam prius coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum, ad Bethsaidam, quæ non adeo multum distabat, eun-

euntibus è deserto illo, Capharnaum versus
 quo collimabant. *dum ipse dimitteret turbam* *Ibid. 9. 46.*
 necdum turbantem se & conspirantem, sed
 tantum cogitantem. *Et cum dimisisset eos,* si-
 guo aliquo manu dato, vel etiam verbis va-
 ledicendo eis *abijt in montem orare.* Dux igitur
 causæ erant huius recessus, nempe fuga *Fugit dupli-*
 regni, & oratio: hæc consueta, illa peculiaris, *ci de causa.*
 vtraque imitabilis, neutra carni amabilis, v-
 traque sanctæ spei incitamentum, fomētum,
 augmentum valde eximium. Nā & qui con-
 temnit terrena, spe tendit ad cœlestia, & qui
 orat, orando actum huius virtutis exercet. *DYODE-*
 Id igitur agamus, cum omni, tum hoc præ- *CIMVS*
 ferum sacro pœnitentiæ, & orationi desti- *spei stimu-*
 nato tempore, vt lætificare matrem nostram *lus.*
 Ecclesiam sanctam valeamus.

De hac igitur lætitia agendum est nobis
 iuxta promissa, & secundum verba Eccle- *II. PARS.*
 siæ, in ipso posita Exordio, habent enim in *De lætitia*
 se omnia, quæ desiderare hic possumus. *Ecclesia.*
 Sunt autem desumpta ex Isaia. Itaque quæ- *Isa. 66. 10.*
 rimus primo, quid nam id est lætitia? Modi- *I. Qualis?*
 cum quid vt videtis, statim enim ad suum *brevit.*
 redit squalorem. Aliter in Paschate, vbi &
 lætitia est continuata, & nullo mœrore per-
 mixta. Hodierna enim præsentis, illa vero
 futuri sæculi exultationem nobis ob oculos
 ponit. At vnde hoc illi hodiernum gaudiū?
 Arbi-

Arbitror, imo euidenter colligo, prouenire ex illa sancta consuetudine, quam vobis ab initio quadragesimæ aliquoties commēdaui, quæ vtinam sicut apud nos, ita vbiq; vigeat. Vfus inquam confitēdi peccata prima quam vos vocatis confessione, aut in ipso initio quadragesimæ, quod optimū est, aut saltem ad hanc vsq; diem, quod maiores nostri factu necessarium putabant. Ideo nō solum se ipsos, sed etiam familiam suam totā, ad id preparabant, hortabantur, cogeant. Fecistisne? Qui fecerunt, sint benedicti à Domino Iesu, fide, firmati, spe fulgentes, charitate feruentes, obedientia conspicui. Qui non fecerunt, quid dicā? Ex dictis colligite, eos videlicet esse fide languidos, spe vanos, charitate vel nullos vel tenues, obedientia vacuos. Nonne consuetudo vim legis obtinet? Sed, inquis, dies profesti, laboris sunt; ideo familia laborare debet, diebus vero festis cōfessarios habere nequeunt. Queunt sane, imo habent plures, quam aliis diebus, Videte sacerdotes in hoc templo præstolantes, videte in aliis. At propter multitudinem confitentium satisfacere omnibus non possunt, cum interim aliis diebus, sedes confitentium maneant vacuæ. Laboribus te excusas! Quid? Vnam vel alteram horam labori destinata dare familiæ non vis, vt confiteatur, & das vnam, vel alterā diem,

aut

Cuius fructus quatuor.

Contrarij defectus.

Excusatio refellitur.

aut ad potitandum, aut ad deambulandum? Nō ego illi do inquis, sed ipse sibi sumit. Tu vero pateris & permittis. Cur ergo pati & permittere non vis, vt & Deo se humiliet, & officio suo faciat satis, sed prohibes, sed impedis, sed retrahis? Vide ergo cuius sis instrumentum, & emenda te rogo. Sed isthæc hæc haftenus, ad Ecclesiam redeo, quæ huc vsque velut parturiens iuxta dictum Christi, tristitiam habebat quia venit hora, pœnitēdi, dolendi, confitendi; hodie vero iam lætatur, quia peperit puerum. Sed cur tam exiguo gaudet tempore? Dedi vnam, accipe aliam rationem à simili. Dicitur pauo, auis nota, cū illam suam elegantem, in orbem diductam caudā intuetur, suo exultare modo: at postquam pedum suorum sceditatem aspexerit, demittit eandem tristisq; discedit. Ita Ecclesia videns quosdam è suis confessos, lætatur, sed plures neglecta sancta illa confitendi cōsuetudine, turpes hucusque in suis peccatorum sordibus remanere considerans, ornamenta sua demittit, organa claudit, & lætitiā tristitia commutat. *Omnibus omnia facta vt omnes faceret saluos*, vt columna eius de se ipso testatur. O bona mater & sollicita de salute nostra. Audiēda igitur ab illis præsertim, qui hucusque neglexerunt facere quod officium ipsorum erat, vt ea ratione tristitiam matris vicissim in lætitiā trāsferant,

Ioan. 16. 21.

Cur lætatur? quia peperit.

Cur breuiter?

1. Ob typū.

2. Propter scdōs peccatores.

A simili.

1. Cor. 9. 21.

3. Vt cōpas-
sionem do-
ceat.

Quos leta-
ri iubet.

Non obdu-
ratos, sed
tūm Ange-
los.

Luc. 15. 10.

Ioel. 1. 17.

2. Cor. 7. 10
Tūm qui
in tristitia
fuerunt.
Tūm alios
exemplo
Pauli.

Vultis & tertiam tam subitā tristitiā causam? Ea vero est, vt nos ad compatiendum Christo pro nobis crucifixo disponat.

Et vero non ipsa solum de conuersione suorum letatur, sed & alios ad idem præstā- dum hortatur [Letare Ierusalem] inquit illa vel Angelos Ciues Cœlestis Hierusalem, vel animas visione pacis per pœnitētiā, & sacramentalē absolutionē dotatas alloquens [& conuentum facite qui diligitis eam] qui amatis conuersionē animarum [gaudete in lætitiā] At nunquid omnes gaudere iubet?

Minime vero. Vide n. quam caute loquatur, quidue subiungat [qui in tristitia fuistis] inquit. Si ecclites spectes intelligitur, iuxta illud Christi, Dico vobis gaudium erit coram angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiā agente. In vero terrenos aspicias, gaudere iubet, non illos qui computruerunt vt iuncta in stercore suo, quod ne nunc quidē abstergere volunt, qui perfricta fronte & collo erecto ambulat, qui dolorē de peccatis habere nō fatagunt. Non istos in quā, sed eos letari iubet, qui in illa tristitia fuerūt, de qua Paulus, quæ n. secundum Deum tristitia est, pœnitentiā in salutem stabilem operatur. De qua tristitia videte quæso, quomodo ipse exultat. Ait n. Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiā. Id ipsum facit hodie Ecclesia, vtq; alii præstēt hortatur. Gaudete

dece igitur dilectissimi, & pro illis qui in tristitia fuerunt, & pro vobismetipsis gaudete, qui facta, dicta, & cogitata vestra peruersa acculastis, qui considerantes quonam modo sceleribus vestris Deum offendistis filium Dei conculcastis, sanguinem testamenti pollutum duxistis, spiritum sanctum contristastis, vehementi concussi dolore, & cum vno rege recogitastis omnes annos vestros, in amaritudine anime vestrae, & cum altero Exitus aquarum deduxerunt oculi vestri quia non custodierunt legem Dei: qui secundum typum Evangelij hodierni reliquistis superbas Ciuitates, peccata videlicet vestra, in quibus vos contra Deum incluseratis, & firmiter in animo statuistis, amplius ad ea non reuerti, qui his peccatis ad petram illam de qua Paulus. *Petra autem erat Christus* confugistis, & per confessionem paruulos & magnos excessus vestros allistis, qui denique per sacramentalē absolutionē, rutilante sanguine Christi Iesu super capita, animarū vestrarū, remissionem peccatorum vestrorum obtinuistis. Vos inquam gaudete, quia vobis congratulatur Ecclesia, Optatque, & à Domino Iesu precatur [vt exultetis & satiemini ab vberibus consolationis vestrae] Vestrae, quia vobis à Deo donatae; vestrae quia vobiscum manentis, & in vobis existentis. Optat vt satiemini, eo modo, quo in hac peregrinatione satiu-

Apostrophè ad Vere penitentes qui describuntur. Heb. 10. 29.

Isa. 38. 15. Ps. 118. 136.

1. Cor. 10. 4.

Optat talibus Ecclesia in Missa. 1. Gratiano diuina. 2. Saturata. 1. 1. 1.

fatuari potestis. Nam perfecta saturitas alterius vitæ est. Optat ut satiæmini ab vberibus consolationis, quam norunt, qui cum vera contritione ad sacramentum accesserunt, norunt mirabile quid, nempe quomodo cum ipsa, & in ipsa tristitia ac lachrimis sentitur nescio quid dulcedinis & lætitiæ. Scit enim omnipotens manus Christi, hæc coniungere contraria. Optat denique ut hæc omnia vberius possideatis in sanctissima Eucharistiæ communionem, in qua fons ipse latet totius consolationis: ad quã ut vos diligenter prepareis hortatur. Et ego licet indignus seruus tum sponsi Christi, tum sponsæ eius Ecclesiæ, vos omnes in domino charissimos, moneo, oro & obsecro, ut iique quidem qui necdum confessi sunt, memores lachrymarum matris nostræ, & salutis suæ, non differant amplius conuersionem, sed (ut tropologice monet Apostolus in hodierna epistola) *eiiciant ancillam & filium eius* Profligent inquam malam concupiscentiam, cum pessima progenie ipsius, quæ sunt peccata & scelera vniuersa, profligent autem per contritionem, ac confessionem. Ii vero qui pensum pœnitentiæ & confessionis reddiderunt Christo, & Ecclesiæ, in ea quam susceperunt gratia se conseruare studeant. Omnes vero acceptam cumulare & augere fatagant, tum per bona opera, tum per spem
fir-

3. Consolationem miram.

NOTA.

4. Augmentum satorum omnium.

Idem ego & pro & moneo & obsecro.

Gal. 4. 30.

Gen. 27. 20.

firmam, in misericordia diuina, quæ pœnitentibus & orantibus nunquam deest, tum per dignam participationem sacramentorum, imprimis vero augustissimi illius, in quo verum viuumque est corpus, sanguis, anima, humanitas & diuinitas Christi Iesu, qui cum patre in vnitæte Spiritus sancti viuit & regnat Deus in æternum. Amen.



CONCIO IV.
CHARITAS.

ANTE IN
ET POST
COMMV-
NIONEM
QVÆ OB
SERVAN
DA,

Gradus mi-
rabiliū
Dei.
Psal. 67. 30
Hebr. 1. 2.
Psal. 144. 9.

S mirabilis est Deus in sanctis suis, vt de illo testatur Dauid; quanto mirabilior erit in filio suo, quem constituit heredem vniuersorum per quem fecit & secula? Et si mirabilis est in omnibus operibus suis, quanto mirabilior erit, tum in operibus misericordie, quæ sunt, super omnia opera eius? tum vero in ipsis quæ totum naturæ ordinem superant miraculis? Quod si in hisce omnibus mirabilis reperitur; quanto mirabilior erit in opere, quod & omnes misericordias superat, & omnium quæ fecit mirabilium est memoria & compendium. *Memoriam fecit mirabilium suorum,*

Psal. 110. 4.
mise-

misericos & miserator dominus escam dedit timentibus se: ait idē. Et vero hęc memoria mirabilium Dei, hęc esca quę datur timentibus eum, est sanctissimū Eucharistię sacramentū; quod miraculū miraculorum recte nominare possumus. In eo n. exiguis sub speciebus panis & vini, ipse Christus Iesus conditor cęli & terrę, non solū secundum diuinitatem, sed ēt secundum humanitatē totus vere continetur. Is inquam, qui in hodierno

Eucharistia compendiosum mirabile.

Mirabilia in Euangelio.

Luc. 1. 13.

est ipse autem neminem tentat, pascit multa hominum millia, ipse egenus & pauper, is denique; qui miraculo isto, typum ac preparationē quandā ad sacrā Eucharistiā nobis dedit.

Cur de Eucharistia agendum.

De hac igitur, noster sermo erit, tū quia pmissimus: tū aliis de causis, quas in cęteris concionib. expressimus; tū quod Charitati, quę scopus est huius concionis, id quadret maxime. Sicut enim baptismus fidei: ita Eucharistia, charitatis, & dicitur & est sacramentum; tum denique quia ad omnia quę tractanda sunt, charitas valet plurimum.

PROP. Quadragesimę.

Quid igitur dicemus? Præmissis quasi præiudicio quodā, informabimus, quomodo nos ante cōmunionē, quomodo in ipsa cōmunionē

nione, quomodo post eam gerere cōueniat, i. qualis preparatio, qualis māducatio, qualis gratitudo nostra erga hoc sacramentū esse debeat. Porro primum docebit nos initiū, alterum medium, tertiu postremum huius sanctæ historiæ, quam hac ratione percurremus. Da Christe Iesu, ita id agamus, vt tibi in hoc sacramento vniti, nunquam amplius à tuo confortio separemur.

Quemadmodum eorum hominum, qui ad conuiuia regum vel principum, ita illorū qui ad mensam hanc regis regum & domini dominantium inuitantur, vel admittuntur, duo vel tria video esse genera. Vnum corū qui timore & reuerentia perculli, aut accedere nolunt, aut si veniunt, toto cōuiuii tēpore silent, & præ verecundia vix quicquam cibi degustant. Alterum in alio extremo positum est, illorum videlicet, qui nimium familiares, qui plus æquo liberi, qui inuerecundi, qui garruli, qui impudentes. Tertium genus in medio consillit, in quo cum viri sint prudentes, & graues, & inuitati veniunt libenter, & mensæ assidentes sapienter se gerunt. Hos instruxisse mihi videtur Salomon verbis illis. *Quando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ posita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum, in gutture tuo, si tamen habes in potestate animā tuam.* Vbi hic sunt heretici, q̄ dicūt sacrā scri-

*I. MEM.
BRVM præ
ludium ha-
bet.
Apoc. 19.
16.
Tria conui-
uium ge-
nera.*

*Pro. 23. 1.
Boni deserb-
p̄tio ex sa-
piente.*

pturam esse claram! Ingerant ergo sibi cul-
trum in guttur comedentes cum principe &
videbo an ad mensam redibunt secundo.
Sed missos istos faciamus, & nostris atten-
damus rebus. Querimus igitur, quidnam

*Culter dis-
cretio dis-
plicis de
caussa.*

hic per *cultrum* intelligatur! Video plerum-
que ab interpretibus per *cultrum* appeti-
tum accipi, quem cohibendum suadent: sed
melius forte per *cultrum* istum discretionē
intelligemus. Tum quod sicut cultro caro
ab ossibus, ita per discretionē bona à malis,
nociva ab vtilibus secernuntur. Tum quod

*Ea duo mor-
tificanda.*

in mensis, non appetitus modo, sed totū o-
mnino guttur sit mortificandum: præsertim
vero duæ quæ in illo reperiuntur arteriæ: al-
tera per quam cibus in stomachum demit-
titur: altera per quam vox, è pulmone & dia-
phragmate emittitur: illam appetitus exi-
dit, hanc sermo dilatat. Vtraq; vero cū sem-
per, tum in mensis principum indiget ma-
gna mortificatione (magis vero etiā secū-
da) quod per virtutem discretionis fieri quis
dubitat? Huic nostræ expositioni fauet, ibi-
dem sapiens, qui paulo post ista subiungit.

*Tum appe-
titus.*

Tū lingua.

*Ibid. §. 3.
Patet, &
ex eodem
loco.*

*Cibus quos comederas euomes, & perdes pul-
chros sermones tuos. Nonne vides quam bellē
vtrumq; expressit? Idemq; ratio ab illo data
suadet. Cum enim inquit, si tamen habes in-
potestate animam tuam. Per animam vitam in-
telligit, iuxta phrasim scripturæ commu-
nem.*

Ibid. §. 2.

nem. Monet igitur ut comedens, in potestate vitam habeas, ne illam perdas, quod facile fit utroque modo, si in mensa principum incaute te gesseris. Si enim ingluviei & ebrietati vacaueris, in cures infirmitatem indeque mortem: sin vero indecens quidpiam vel proteruum effutiueris, ipsam vitam in periculum adduces. Quod vero tam appetitus quam lingua sit moderanda, docet idem sapiens & frequenter & copiose! Nos ne plus æquo longiores simus, pro singulis singula adferamus eius testimonia. De primo sit illud. *Noli avidus esse in omni epulatione, & ne te effundas super omnem escam.* Eximia sane duo appetitus refrenandi media, nempe auidè non vorare, & in escam non se effundere. Quæ vero huius præcepti causa? Respondet, *in multis enim escis erit infirmitas,* & subdit, *propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est adiicit vitam.* De secunda arteria mortificanda idem sic habet. *sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato.* Utinam porro ita hæc seruentur, sicut sunt utilia, imo necessaria.

Hæc de mensis principum, ad nostram veniamus, in qua ista quoque tria hominum genera videor mihi videre. Primum est illorum, qui nescio quas non preparationes necessarias ad hunc cibum sibi imaginantur, quas

Et ex aliis

*NOTA.
Eccl. 37.32*

*Ibid. 9.33.
& 34.*

Eccl. 5.14.

*Ex iustan-
tis ad Chri-
sti mensam*

Primi in-
epti.

Secundi pe-
iores nimis
familiares.

Familiari-
tas duplex.
NOTA.

Tertii boni

quia facere se posse negant, ideo à mensa hac sanctissima abstinent. De quibus quia præcedenti concione non pauca diximus, nunc attingisse sit satis. Alterum genus nos cum primis sacerdotes percellit, nos inquam, qui siue ex consuetudine, siue ex obligatione quotidie, vel pene quotidie corpus & sanguinem Christi Iesu Deo in altari immolantes, de altari participamus. Quam vereor ne nimis aliquando familiares Christo simus, Familiares inquam non illa familiaritate, quæ virtus, imo ut dicam quod sentio nucleus virtutum est, cum quis in continuis suis orationibus, familiariter loquitur Deo, & Deus illi, sed illa nimia, de qua est in proverbio, familiaritas parit contemptum, quod fit, quando aut aliud cogitantes, voluntarie, distrahimur, quod malum: aut absque debita reuerentia ex usu potius quam deuotione accedimus, quod peius, aut conscii nobis peccati mortalis, ne vel beneficium perdamus, vel indeuoti iudicemur, non præmissa confessione celebramus quod pessimum, & formalis quod dicitur Christi contemptus est, talis actio quid aliud quam impudètia, & oratio inanis garrulitas est? Istis igitur omnibus. **CVLTER** discretionis per necessarium est, ut ex tertio illo genere quod optimum est esse mereatur. Prioribus quidem, ut norint & cogitent, principem hunc, quauis omnium principum,

cipum, regum, & Imperatorum sit potētif-
 simus, magnificentissimus, iustissimus, esse
 nihilominus etiam omnium misericordissi-
 mum, benignissimum, suauissimum, vereq;
 patrem, imo plusquam patrem, quia ipse
 creauit & redemit nos sanguine suo, qui et-
 iam si nobis aliquid ad exactam deuotio-
 nem defuerit, ipse supplebit, & æqui boni-
 que consulat, dummodo sincere cum ipso
 agamus, tum peccata relinquendo, tum
 ea quæ docet Ecclesia fideliter exequendo.
 Posterioribus vero è contrario maiesta-
 tis diuinæ hic præsentis contemplatione,
 & magna reuerentia opus est, ne consue-
 tudo inconsiderationem, inconsideratio
 nimiam familiaritatem, hæc vero quem
 dixi contemptum pariat. Cultrum igitur
 discretionis hic inprimis statue in
 gutture tuo, quo rescinde inordinatum
 appetitum gulæ, ebrietatis, luxus, luxu-
 riæ, diuitiarum, honoris, & superbix: quo
 rescica à lingua tua detractiones, men-
 dacia, turpiloquia, & alia quæ in pri-
 ma recensuimus concione: quo discer-
 ne quid nam inter hunc & alios cibos in-
 terlit: quo denique diiudica, & qualis
 sit princeps, qui hoc adornat conuiuium,
 & quod res de anima agatur tua, quam
 in potestate habes ut vel perdas eam, si bo-
 num male sumpseris, vel salues si rite re-

*Remedium
 datum prio-
 ris.*

*Item secun-
 dia.*

eteque & ad sumendum te præparaueris, & cibo hoc usus fueris, & datam gratiam conseruaueris.

II. MEM.

BRVM.

Preparatio

nem habet.

Triplex cõ-

muniõ.

1. Spiritua-

lis tantum.

De hisce ergo tribus, iam iuxta promissa agamus, & methodi breuitatisque causa de singulis terna ex Euangelio documenta tradamus, ad honorem sanctissimæ Trinitatis, & angelorum sanctorum. Caterum antequam id faciamus, præmittenda est adnotatio, de triplici quæ in Ecclesia reperitur corporis & sanguinis Christi participatione. Quarum prima est pure spiritualis, bona & perutilis si bene fiat. Hanc maxime iactant & inculcant Hæretici, sed minime habent. Tanta enim inter veram, & spiritualem cõmunionem, & illam quam sibi hæretici cõfixerunt est differentia, quanta inter lucẽ, & tenebras, veritatem & mendacium, Idolum & Deum. Altera cõmuniõ est, pure sacramentalis, quæ in adultis ratione vtenibus mala, detestanda, & perniciofa est. Tertia est ex vtraque composita, omnium quæ in hac peregrinatione haberi possunt optima. Ad eam nos Christus inuitat, Apostoli & sancti hortantur, ecclesia præparat, & impellit. Vult enim vt omnes Christi fideles, vtriusque sexus, Paschali tempore, hoc sanctissimo vtantur cibo, sumendo sacram synaxim & spiritualiter, & sacramentaliter simul: quia ista cõmuniõ sine illa nociua, illa

2. Sacramẽ-

talis tantũ.

3. Vtraque

simul.

Hac nunc

sub præce-

pto.

illa sine hac imperfecta, & impropria, utraque vero præcepto illo Christi Domini. *Nisi Ioan. 6. 55. manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis,* firmata est; quod semel saltem in animo fieri oportere, fida Christi & sponsa, & interpretres Ecclesia declaravit, & propositis pœnis sic fieri voluit. Porro ex hoc triplici communionis genere duo in ultima Christi cœna sunt conspicua, nempe tū sola sacramentalis, qua scelestus Iudas traditor usus est: tum sacramentalis & spiritualis simul, cuius ceteri Apostoli participes fuere. Hoc iactō fundamento ad præparationem accedamus.

Itaque ad eiusmodi communionem primum præparationis medium habebis, summum desiderium coniungendi te Christo in hac sanctissimo Sacramento; ut illum non iam in monte cum discipulis sedentem, non in deserto turbas pascentem, sed ad te venientem, & in te manentem habeas, audias; opem ipsius implores & experiaris, dulcesque cum eo in eas sermones. Beatus qui id in se experitur. Experitur autem qui hanc turbam imitatur, cuius desiderium & fervorem quoties considero, toties non confundi non possum. Discedit ab illis Christus recreandi discipulos causa; Sequuntur: accedit ad mare; instant: ascendit; in navim;

n 5 iter

*Ioan. 6. 55.
Iussu Christi
interpretres
Ecclesia.*

*Vsus postremum in
ultima cœna.*

*PRIMA
ad Eucharistiam præparatio est
desiderium
iungi Christo.*

*Exemplo
huius turbæ
superando sanè.*

NOTA. 3

iter etiam ipsi urgent suum, partim nauigio quod probabile, partim terrestri itinere, quod certum: Subit deinde Iesus desertum; etiam eo in tanto, ut audiisti numero perueniunt, imo quidam præueniunt, itaque pedites. O turba admiranda! Quis hæc perpendens non obstupescat? Sinite me dilectissimi hanc turbam duobus alloqui verbis. Quid facis o multitudo admirabilis, quid facis, sequendo Iesum per inuia & inaquosa? Et ubi sunt quæso ciuitates & domus vestra, res familiares vestra, agri, officia, mercatura, & artificia vestra, ex quibus vobis victus quotidianus? Vbi denique domestici, & liberi vestri, ubi inquam hæc vniuersa, neque enim omnia vobiscum tulistis, qui ne panes quidem ad manducandum habuistis? Relinquant omnia, obliuiscuntur omnium, negligunt omnia, dummodo Christum videant, & de regno cælorum differentem audiant.

*Imitare,
eius supra.*

Nunquid dignum est, ut in sancto hoc desiderio eos non imitemur modo, sed & superemus? Est sanè dignissimum. Illorum enim multi fortè fuerunt infideles, nos omnes per gratiam diuinam fideles sumus: illi Iudei, nos à Christo Christiani: illi Neophyti, nos in fide adulti, imò penè nati, quia paulo

paulo post baptizati: illi panem communem manducaturi, & sanguine Christi Iesu participaturi: Quot & qualia ad desiderium & feruorem sanctum in nobis excitandum incitamenta! Feruor autem eiusmodi non fit sine charitate, ea igitur hinc primas habet partes, qua animari & armati & relinquamus nos quoque; Ciuitates, si non corpore, at mente: desideramus ædes nostras & frequetemus ædes sacras cum deuotione. Claudamus obsecro, in domibus, fornicibus, cubiculis, cubilibus nostris omnem curam rei familiaris, cuncta mercimonia, & artificia nostra, atque ita illa obseremus, vt ne menti quidem nostræ obrepant amplius, modico hoc saltem tempore, quo præparationem facimus ad excipiendum talem tantumque; hospitem, quantus est conditor cæli & terræ Christus Iesus. Dic itaque cum Dauide. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.* Christe Iesu qui hinc verè præsens es, habesque aquam viuam imo ipses es fons aquæ viuæ, quam qui biberit non sitiet in æternum. te ipso teste. Te igitur desidero, ad te tanquam ceruus multis, a mundo, carne, & ipso diabolo confossus vulnibus curro & recurro: tu ô Deus meus, reple aqua tam salubri animam meam, vt ea hausta & pristinæ restituatur sanitati, &

Charitati hic locus. Modus in sanctis factus.

Psal. 41. 2.

Tumoratione. Ioan. 4. 13.

*Ibid. & 14.
Psal. 83. 3.
Tum exultatione.*

& sit in ea, fons aquæ salientis in vitam æternam. Dic cum eodem. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Si enim propheta ausus fuit hæc loqui, quando nec dum verbum caro factum fuit, quanto nos æquius, verbis istis uti & possumus & debemus? quando Deus homo factus non solum sub specie humana videndum: Sed etiam sub specie panis manducandum se nobis præbuit? Verè igitur & iustè non cor tantum & anima, sed etiam caro corpusque nostrum exultare debet in Deo viuo, qui in hoc Sacramento carne sua carni nostræ commisceri voluit, modo inenarrabili & incomprehensibili. Ecquis quæso vel cogitare potuit talia, quæ nos re iam experimur ipsa? Sit ergo nomen ipsius, hoc quoque nomine benedictum in sæcula. Sit animus noster inflammatus ad delectabiliter & desiderandum, & percipiendum talem tantamque gratiam. Quam ad rem valebit plurimum perpendere, & inuestigare, quidnam in vita tua vnquam exoptasti, & concupiuisi maximè; cumque id mente assecutus fueris, conuerte rogo idem desiderium ad mensam istam, imo addas aliquid amplius. Dignum est enim, ut quores est excellentior, eo appetatur ardentius: hinc vero talis est, qua maior, imo cui par nulla. Hæc itaque sit prima, quam turba nobis porrigit, ad Eucharistiã præparatio,

*Medium
ad excitandum desiderium.*

tio, nempe summum desiderium charitate ornatum.

Alterum præparationis caput insinuat nobis ipse Christus Iesus, de quo in Evangelio audis; CVM SVBLEVASSET ERGO OCVLOS IESVS. Habuit eos itaque & demissos & subleuatos, quod etiam nobis est præstandum, cum omni tempore, tum vero quando nos ad manducandum hunc panem præparamus. Imitari autem debemus Iesum, non mundum inimicum Iesu, qui etiã ipse habet & demissos, & eleuatos oculos, sed diuerso, imo contrario modo quam Christus. Audite quod loquor. Sedens in monte Iesus, & recreans se piis sermonibus, cum Apostolis suis, demissos habet oculos. Quid vero eum ad eleuandos eos impulit? Respondet D. Marcus. *Vidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem.* Modestia ergo & animi collectio deprimat, misericordia vero orta ex aliena miseria eleuat oculos Iesu. O doctrina excellentissima! Quid vero facit mundus? Contrario planè segerit modo. Quo teste? Vobismetipsis, Conscientias vestras appello. Etenim nunquid non contigit tibi aliquando (utinam non sepius) vt cum à longè animaduertisses pauperem quempiam, vulneribus, vel vlceribus plenum, statim deprimeres oculos, nec eos eleuares, priusquam

SECVN.
DVM P^{ro}.
parat. caput
est deprime-
re & suble-
uare oculos.

Idem fecit
Christus.

Mar. 6.34.

Idem man-
dus sed con-
trario mo-
do.

NOTA.

usquam pertransires personam illam miserabilem: paulo post vero cum sese obiceret quid *pulchrum oculis aspectuque delectabile* (nolim verba quæ humani interitus causam auferunt dederunt?) alacriter eos attollereres, nec prius demitteres, quam illud quod placuit ex oculis se subduceret tuis; immemor dicti Christi, qui *viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est eam in corde suo*. Sed ego inquires, non concupiui. Vt nam vero id nunquam euenerit: at saltem concupiscendi periculo te exposuisti, quod peccato certè non caret. Taceo reliqua; tu in corde tuo noli tacere, sed & cognosce & emenda, Christum non mundum imitando: Deprime oculos tuos *ne videant vanitatem*, magis ne curiositatem, maximè ne nequitiam, vnde siue carnis, siue oculorum concupiscentia, & per concupiscentiam peccatum, ac per peccatū mors tibi prouenire posset. Quod vero de oculis differitur, id ipsum de omnibus sensibus est intelligendum, vt saepe diximus.

Tu Christū imitare. Tū deprimendo oculos. Psal. 138. 37.

Tam eleuando. s. Oculos corporis. Unde tria bona.

Amor proximi.

Eleuare vero debes oculos tum carnis tum mentis. Carnis quidem ad miseriam proximi; ad egenum & pauperem, ad ægrum & vlcerosum: quoq; magis scædum & externa specie abominabile diutius propter Christū intuitus fueris, eo plus crede mihi in anima proficies. Hinc enim tria inter alia magna bona, Primum commiseratio, indeq; amor pro-

proximi, quem iuuabis pro virili parte tua. Verum enim est illud Philosophorum axioma. Obiectum mouet sensum, sensus autem mouebit mentem, mens voluntatē, voluntas manum ad succurrendum afflicto. Alterum maius etiam bonum est, cognitio tui ipsius. Cogitabis enim cur tu non es sicut ille? aut ille sicut tu? quæ tua merita, quod te tam pauperem & vlcerosum, vt est ille non formauerit Deus? O utilis contemplatio ad humiliandum se in conspectu Dei. Tertium maximum est, nempe æterna retributio, quæ tanto maior te sequetur, quanto ardentius Christum imitatus fueris. Deinde mentis oculos eleuabis in Christum Iesum, & mirabere cum alias virtutes ipsius innumeras, tum vero humilitatem, misericordiam & charitatem. Humilitatem quidē aspiciendo illum, qui rex regum conditorq; est vniuersorum, sedentem in mōte cum discipulis in terra & viridi gramine. Quam superbiam tanta submissio non prosterneret? Misericordiam vero, tum ergo turbā istam, & pastore, & victu carentem: tum erga nos, Charitatem deniq; meditabere, secundum quam vtrisque subuenit. Illos quidem panibus & piscibus, nos vero corpore & sanguine suo pascendo; vtrosq; vero instruendo.

Postremo eodē mentis oculos conuerteres ad te ipsum, videbisq; multitudinem ouium
(vel

*Cognitio
sui.*

Retributio.

*2. Oculis
mentis ad
Christum.*

(vel caprarum potius) sensuum inquam, passionum, potentiarum, malorum habituum, ac pessimiarum actionum tuarum inde prouenientium turbam plurimam, non habentem pastorem, & quaqua versus, quo collibitum fuerit diuagantem. Atque ita misericordia motus erga te ipsum (*Miserere anime tue placens Deo, inquit sapiens*) colliges ea omnia, & bene computabis, adducesque non solum ad supremum animarum nostrarum pastorem Christum Iesum, sed etiam ad illum, quem tibi loco sui reliquit, ei que omnia crimina quæ ab vltima confessione ritè peracta commisisti, fideliter quantum recordari poteris adnumerabis, vt per pœnitentiam & absolutionem sacramentalem remissionem peccatorum obtineas. Neque vero subrepat tibi confessarium, cui peccata tua detegere debes, hominem esse, & forte etiam peccatorem; vt propterea debito tuo nolis satisfacere. Absit ab animis fidelium talis cogitatio, quæ ex fideli infidelem facit. Nonne Paulus homo quoque fuit, & tamen liberè loquitur. *Es ego quod donauit, si quid donauit, propter vos in persona Christi.* Ita nunc quicquid confessarij donat, in persona Christi donant. Nam quod ad pietatem & sanctitatem attinet, ea quidem bona est, & procuranda; sed vt absolutio viam suam obtineat non requiritur. Quod enim de baptismo

Ecl. 30. 24.

*Occurritur
obiectioni
de Confes-
sario.*

2. Cor. 2. 10.

ptismo

ptismo pulchrè vt assolet D. Augustinus de-
 ducit; id in Sacramento quoq; pœnitentiæ
 vim habet. Sicut enim non refert, an bonus
 vel malus, an impius vel sanctus sit qui ba-
 ptizat, dūmodo ritè baptizat, quia de Chri-
 sto dictum est absolute: *Hic est qui baptizat:*
 quod & per bonos, & per malos æqualiter
 facit: ita id ipsum de absolutione iudicandū
 est, dummodo vt diximus, qui absoluit cœ-
 cus non sit, qui inter retinenda & absoluen-
 da peccata, discernere aut nō possit, quia in-
 doctus est, aut non curat, quia impius & a-
 dulator, qui quæstus sui causa absoluit quos
 non deberet. Eiusmodi igitur sunt cauendi.
 Et hæc est secunda ad Eucharistiam præpa-
 ratio, oculorum tum depressio, tum elcua-
 tio, vt explicatum est.

Tertium præparationis medium, dat no-
 bis tum Christus, tum ipsa turba. Christus
 quidem præcipiens & dicens, *qd discipulos*
suos, facite illos discumbere: turba vero obedi-
ens & discumbens super viride fanum. Quid
hic mysterij? Dicam cum Paulo. Multum per
omnem modum. Edisserat illud nobis Isaias
Propheta: cuius illa sunt verba: Vox dicentis.
Clama. Et dixi. Quid clamabo? Omnis caro fax-
num, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Exsic-
catum est fœnus, & cecidit flos, quia spiritus Do-
mini sufflauit in eo. Et paulo post: Verbum
autem Domini nostri manet in æternum. Nonne
 illud

Aug. trah.
6. in Ioan.
Christus
qui bap-
izat & ab-
solut.
Ioan. 1. 33.

Vitia Con-
fessarij.

TERTI.

VM Præ-
parationis
caput re-
pressio cor-
poris,
Id docet E-
uang.
Id Isaias
Luc. 9. 14.
Mat. 6. 39.
Rom. 3. 2.
Isa. 40. 6.
Ibid. 8. 8.

*Digressum-
cula de casti-
tatis mortis.*

illud vidistis in Rege Polonię nostro Stephano? qui cum esset vir corporis & animi viribus maximis præditus, florens quoque potentia, sapientia, rei militaris peritia, alijsque regijs virtutibus, octo vel decem dierum spatio exsiccatus exaruit. Quem talis non percellat casus? Vos plurimis alijs abundatis, & cum de aliorum, tum de vestris animabus cogitabitis; ego ad mea venio.

*Porro hæc
preparatio
fiet, si*

Postrema itaque preparatio ad hunc cibum dignè sumendum in præsentia sit, vt postquam desiderium magnum vniendi te Christo in hoc sacramento habueris, à peccatis cessaueris, ea diligenter excusseris, & tanquam oves errantes ad pastorem adduxeris, eaq; ritè confessus fueris, sedere incipias in viridi feno, in corpore inquam tuo, quod & fenum est, vt te per Prophetam docuit Deus, & viride est, nondum enim falce mortis succisum. Notum verò est omnibus, rem cui insidemus, ita nobis substerni, vt mouere se, vel assurgere, sine nostra voluntate nullo modo queat. Eadem ratione anima, quę tui est portio præcipua, & ad dominandum creata, si cū corpore eiusq; sensibus ac concupiscentijs ita sese gesserit, perbelle tecum agatur, tuq; optimam ad dignè sumendum hoc Sacramentum dispositionem habebis. O beati quibus hæc sunt, erunt autem omnibus, si turbam istam imitati omnes fuerimus, si quæ
Eccle-

*Anima in-
sident cor-
pori.*

Ecclesia, quæ ratio, quæ Apostoli, quæ Propheta à nobis postulant exequemur. Turba hæc iussa in fœno sedere, statim resedit: tu similiter quæcunq; Ecclesia tibi circa ieiunia, & alias carnis mortificationes hoc præcipit tempore, lubens perfice; & nõ modo turpes voluptates reſeca, non tantum superflua remove, sed etiã aliquid è necessariis aufer corpori tuo. An ignoras ex eadem terra brutorum, & nostra formata esse corpora? Id nos certè Moyses in ipſo Geneſeos docet initio. Sicut ergo cū tu equo, boui, afino calcitranti pabulum subtraxeris, facile eos mãſuetos & domitos reddideris: ita si carnem tuam ieiuniis, aliisq; similibus mortificationis instrumentis attrueris, morigeram & obedientem spiritui reperiēs.

Neq; vero caro tantum, sed etiã alij carnales, animales, terrenique nostri appetitus mortificandi sunt, nempe timores inanes, spes vanę, amores inordinati, inepte tristitię, irę crudeles, hiſq; similes motus nostri prauis, partim ex deprauata natura, partim ex prauis nostris habitibus procedentes. De singulis non est nobis differendum. Vniuersim omnibus duo damus remedia: alterum ex loco citato Isaię: alterum ex Diuo Paulo. Et Isaias quidem, tribus miseris quas recenset, tria per Antithesim opponit egregiè. Primum carni, quæ cum è terra sit ideoque terrena crassaque

1. Turbata
mirando.
2. Ecclesia
obediendo.
3. Necessaria
auferendo
A simili.

Gen. 1. 24.
Gen. 2. 17.

4. Affectum
inordinatum
mortificando.

Vniuersim
modi duo.
Alter ex
Isaię

sapiat, & desideret, opponit spiritum, quasi nos admonens, ut non secundum carnem, sed secundum spiritum viuamus. Cuius rei efficacem dat rationem Apostolus dicens:

Rom. 8. 13.

Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Secundo gloriæ mundi opponit *Verbum Domini*, quo docemur, & quod nihil illam facere, ut rem ad instar floris euandam, & quomodo mortificare debeamus. Postremo vitæ fragili, quæ est tanquam fœnum, opponit semper permanuram æternitatem. Hæc vobis & meditanda, & ad di-

Alter ex D.

Paulo.

Ephes. 4. 28

cta applicanda relinquo. Ad Paulum Apostolum venio, qui cum aliâs sæpe, tum vero illis verbis, *Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti*, diuina sua sapientia, mirificè expressisse mihi videtur, quoniam modo & supra fœnum corporis nostri residere, & affectus illo quos recensuimus comprime-

NOTA of-
ficiam.

Tum verè
penitentis.

re nos oporteat. Non enim satis est ad verû dominium animæ supra corpus, ut desinas à carnis operibus, in quibus antea tanquam in luto te volutasti, sed requiritur præterea ut contraria illis agas. Cuius rei dat tibi exemplum in furto. Non solum enim prohibet furari, sed etiam præcipit laborare, & ex eis quæ quis sibi labore comparauit elemosynam

molynam facere, multo magis autem ablata restituere mandat. Quæ omnia sicut furto è diametro contraria: ita iis qui talibus sunt assueti factu sunt perdifficilia, facienda tamen vt audis. Ex hoc vero vno exemplo tu cætera collige, & singulis vitiis singula adhibe remedia, contrariis actibus extirpando, quod cum sponte à quolibet nostrum faciendum est, tum vero vt fiat, confessarij doctrinæ huius Apostolicæ in pœnis iniungendis memores esse debent.

Tum confessarij.

Faciant ergo quæso id tanto auctore diligenter confessarij, ac cuius morbo congruentem dent medicinam, quod sicut corporalibus medicis respectu corporis, ita spiritualibus respectu animæ factu est per necessarium, & præcipuum omnino illorum officium. Itaq; sicut Paulus fieri ea quæ audiuistis iniunxit: ita confessarij lasciuius quidem, ieiunia, cilicia, & verberationes; ebriosis vero non solum à vino, & omni potu qui inebriare potest, abstinentiam, sed etiam vsum aquæ ad aliquod tempus; vsurariis cæterisq; avaris, idem quod Paulus: acediosis iteratis orationes & deuotiones, & aliis alias pro qualitate criminum iniungant pœnas, & opera quæ vocant satisfactoria. Hæc vero omnia, vos mihi in Christo dilectissimi, non solum libenter suscipite, cum vobis à sacerdotibus iniunguntur, verum etiam aliquid è vestro

*Dua Appen-
dices.*

*Alteræ pro
Confessariis.*

*Alteræ pro
omnibus.*

vestro adiungite, ut ea ratione, & ad perfectam in scæno corporis vestri sessionem pervenire, & ad Eucharistiam dignè vos præparare possitis. Quam ad rem multum equidem confert, tum humilitas, tum suis ipsius ordinata charitas, quæ duo tanquam summè ad id necessaria, appendicis loco vobis commendo plurimum. Caritas enim docebit nos pluris facere, & magis amare id, quod est magis amabile, animam videlicet quam corpus, ac proinde hoc cum omnibus suis affectibus, & defectibus illius fortiter subiugare imperio. Humilitas vero instruet nos, ad hanc mensam magna cum reverentia accedere attendendo, *diligenter quæ posita sunt ante faciem nostram*. Ut nos à principio Salomon docuit, ac proinde in hæc vel similia erumpere verba. Fateor Domine Iesu me non solum cum hac modica præparatione quam præstiti, verum etiam si totum quod sum aut possum, omni vitæ meæ tempore, in me disponendo expendero, nunquam tamen idoneum fore ad participandum de hoc cibo sanctissimo, in quo non aliud quid, sed tu ipse veraciter es. Agnosco ô iuste iudex omnium, me dignum non esse, non solum ut te Deum creatorem & redemptorem meum, sed etiam ut nomen tuum sumam in os meum, propter multitudinem peccatorum meorum, quibus te irritavi, &

*Commenda-
ta plurimū
Tum chari-
tas sus ordi-
nata.*

*Tum hu-
militas.
Prov. 23. 1.*

*Oratio an-
te commu-
nionem.*

ui, & commerui, vt fœnum hoc clibano infernali iniectum æternis amburatur incendiis. Cæterum quia & tu pater misericordiarum inuitas, imo nisi accedam minaris me sine vita futurum, & mater mea præcipit, en in sola misericordia tua spem omnem collocans meam venio ad te, en animam meam, tanquam ouem sine pastore offero tibi, tu pastor pasce illâ regendo: tu esca pasce illam faciando, vt à te & de te saturata, nunquam amplius venenati quicquam appetat, sed tibi in omnibus obediens laudet te nunc & semper, & in æternum, Amen.

Egimus de tribus quæ ante sumptionem Eucharistiæ, à nobis sunt seruanda, quæ cum habueris, illo saltem modo, quæ Ecclesia requirit, securus accede, cibum sumes non lapidem, medicinam non venenum. In accessu autem & sumptione ipsa, ita te geras velim, vt & orationi incumbas continuè, & variarum exerceas actus virtutum; præsertim verò cum humilitatis de qua iam iam disseruimus, & quæ nõ solum ante, sed etiam in ipsa communionem & post eam excoli debet: tum verò trium illarum quas virtutes Theologicas vocant, fidei inquam, spei & charitatis: quæ vt cæteris sunt excellentiores, ita & meriti plurimum & hinc maximum locum habent: proinde in earum exercitio diligentes & seruentes nos esse oportet. Dicamus.

*III. MEM.
& sum habet.*

In eo virtutum actus exercendi.

Præsertim trium,

PRIMO
Actus fidei.

*Exempla
 eorū & varia.*

1.

camus de singulis aliquid breuiter. Itaque in ipsa communione trium istarum virtutū actiones cum primis vigere debent. Primo fidei, ad quam exercitandam monet mouetque nos tum abstrusum Sacramenti huius mysterium, tum temporum iniuria, & hæreticorum, qui illud lacerant, proteruia. Contra quos non sine mercede has vel similes corde, ore etiam nonnunquam protestationes faciemus. Credo Domine Iesu, sicut olim fuisti cum hoc perageres miraculum, & nunc in cælo es, ad dexteram Patris sedens, ita hîc in terris in hostia ritè consecrata, verè & realiter præsentem te esse, modo licet diuerso. Et iterum. Credo Domine Iesu,

2.

quod sicut in hoc miraculo aër, vel alia circumstans substantia virtute tua, in panem, & pisces transmutata fuit: ita in hoc Sacramento panis, & vinum in corpus & sanguinem tuum veraciter trās substantialiatur. Rursum. Credo Domine Iesu, quod sicut in hoc miraculo veri panes & pisces erant, omnipotentia tua effecti, antequam à turba manducarentur: ita in hoc Sacramento post verba à sacerdote legitimè prolata, est verum corpus tuum, priusquam à sumentibus comedatur; imo etiam si non comedatur. Proinde etiam hoc credo Domine Iesu, in hostiis ritè consecratis, quæ in Ecclesiis ad consolationem, & vtilitatem nostram (maximè

3.

eorum

4.

eorum qui in extremis positi sunt) asseruatur, te vere presentem esse. Item credo Dominus Iesu, modum tuum existendi in Eucharistia cum esse, vt non solum in alterutra panis & vini specie, sed etiam in quauis earum parte, sis totus & integer, cum corpore, anima, sanguine &c. Hæc & alia quæ me docuit sancta mater Ecclesia, cuius per gratiã tuam membrum effectus sum, corde credo, & ore profiteor, contra omnes hæreticas perfidias, quãas cum eadem Ecclesia detestor, execror, diris de uoueo & anathematizo.

5.

Spes sequitur, cuius hic duo fulcra existunt: oratio videlicet, & obedientia. Per illam in varias, quamuis breues, affectuosas tamẽ, & spei plenas erumpemus precatiunculas, quas cuilibet sincero corde se querenti spiritus sanctus, & vnctio diuina subministrabit. Per obedientiam vero magna spe diuini auxilii, & præmii non carebimus, si ea quæ nobis plebs ista Euãgelica exemplo suo suggerit, nos nostro quoque modo exequi studuerimus. Si inquam, quemadmodum populi isti panes & pisces, non aliter, quam ex manibus Apostolorum, & prout illi eis porrigebant, acceptabant (vt tres alii Euangelistæ testantur, & ideo noster omisit) obedire hac in parte Christo & discipulis eius, ita tu quoque hoc sacramentum, ea quam

SECUNDO ACTUS
speciebus
duo fulcra.
1. Oratio.
2. Obedientia.

tibi successores Apostolorū præferunt ratione sumptis, neque contendes sed simpliciter obtēperabis, spes pulchra auxilii diuini, & præmii futuri refulgebit tibi. Verbi causa: lubent successores Apostolorū, prælati Ecclesiæ, vt ad participandū hoc sacramentum præpares te per contritionem, confessionem, & alios quos recensimus modos: Tu facis diligenter. Volunt, vt si non celebras, vna tantum modo sis contentus specie. Approbas verbo & facto. Volunt vt nō vesperi sicut dabant Christus & Apostoli, sed mane sumas hoc sacramentū: Placet id tibi. Volunt vt ieiuno stomacho sumas, vt à dimidia nocte (in extremis positos excipio) nihil cibi potusq; degustes, neq; medicinæ, neq; odoris (vt quidam simplices faciunt) causa: obedis, si hæc inquam facis, & in his ac omnib. aliis, quæ Ecclesia circa vsum huius sacramenti statuit (de quo egimus in secūda Concione) es obediens, eaq; Christo domino hic præsentem offers: sp̄e firmam habeas, te ab obedientissimo Christo, qui obedientia sua mundum redemit *factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis* pro obedientia tua vberem mercedem & gratiam relaturū.

Opera huius.

1.

2.

3.

4.

Ieiunium quale requiritur.

TERTIO

Actus charitatis.

Hic maxime proprius.

Ad charitatem accedo, cuius hic amplissimus campus; tū nostro instituto; tū suapte natura. Charitatis etenim est, hoc sacramentum, vt in exordio diximus. Hic igitur vela pan-

pandenda essent, si tempus non decisset, & si in aliis punctis de ea subticuissemus. Ea enim charitatis est natura, ut & ad omnia valeat, & pinguedine sua condiat vniuersa. Dicamus tamen aliquid breuiter, & pro fundamento ponamus ipsum fundamentum, de quo Paulus Apostolus. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, prater id quod positum est, quod est Christus Iesus: a quo & per quem omnis Charitas; & qui si vspiam, in hoc in primis sacramento charitatem suam abundantissimam in nos effudit, & effudit hucusq; , relinquens nobis in eo tam præstans amoris sui signum, quam ipse præstans est. Dignum igitur est valde, ut quam plurimos & feruentissimos actus charitatis in sumptione Eucharistiæ exerceamus, ut pro amore ipsius erga nos infinito, amorem nostrum quam possumus ardentissimum ei rependamus. Quam ad rem iuuare nos plurimum poterit, cum typus in Euangelio hodierno positus, tum dictum sapientis, vel potius ipsius increata sapientiæ apud sapientem expressum.*

Typum noto in illis duobus verbis *QUANTUM VOLEBANT*, quibus exprimitur turbam istam, de quinque panibus, & duobus piscibus miraculose multiplicatis, comedisse quantum eis placuit. Id ipsum typice à nobis exigit idem Christus Iesus, nempe ut nos quoque in hoc sacramento, tum de quinque

*1. Cor. 3. 11.
Fundamentum amoris ipse Christus Iesus.*

Media & incitamenta duo.

Alterum typice in Eucharistia.

vulneribus, quæ in corpore suo pro nostra excepit salutem de duabus naturis, quas in vna persona hypostatice inter se iunxit, nobisque hæc vniuersa in Eucharistia summa cum charitate reliquit, sumamus & māduducemus QUANTVM VOLVMVS. Quid sibi vult istud quantum volumus? Quantum capio, quantum sapio, charitas nobis commendatur. Cuius inter alias duæ sunt proprietates. Altera subtilior quidem, nota tamen etiam antiquis Philosophis, qui hanc inter scientiam seu cognitionem, & amorē seu charitatē ponebant differentiam, quod illa res quodam modo ad se trahat, ideoque illas plenas non capiat; hæc vero è contrario in res ipsas se effundit, proinde tantas quantæ sunt in se amat. Inde fit quod Deum & Christum Iesum comprehendere quidem quantum cupimus non possumus. amare vero quantum volumus valeamus, non quidem respectu nostri (ratione subiecti philosophi vocant, illud vero ratione obiecti) cū in amore ipsius proficere possimus omnes, sed respectu ipsius Dei, quem si amas, omnia quæ in ipso sunt amas, non tamen quicquid in ipso est cognoscis. Eximia sane amoris conditio, notata ni ego fallor ab ipso Diuo Paulo in illo capite, quod totum de laudibus charitatis consumpsit. Altera porro pprietas charitatis est, & clarior & Theologica

*Vis charitas
repossimus
quantum
volumus.*

*Tum quod
amor in
Deum se ef-
fundat.*

*(Distin-
ctio.)*

*2. Cor. 13. 8.
Tum quod
charitas
medio ca-
seat.*

logica; charitas enim cum fide & spe (magis tamen charitas) non eget medio sicut indigent aliæ virtutes, quas morales nuncupamus. *Noli esse iustus multum, neque plus sapias quam necesse est, inquit sapiens.* Quid causa? Quia & iustitia & sapientia, & aliæ eiusmodi virtutes, si mediocritatem excedunt, virtutes esse desinunt: nõ sic charitas, quæ quo feruentior eo præstantior. Proinde illis uti nõ possumus QUANTVM VOLVIMVS, hac possumus, imo ut quam intensissime id faciamus, monemur. Et vero, quod si in omni charitate Dei id locum habet, quanto magis in participatione huius sacramenti, ubi Charitas Christus, in ipso fonte habetur, sumitur, degustatur.

Ecclesi. 7. 17.

Quomodo vero in vsu apud nos Charitas esse debeat, docet Salomon, vel potius ipse sponsus Christus Iesus, sponsam suam Ecclesiam, & quamlibet animam fidelem in Eucharistia charitate sibi unitam, his allocuens verbis. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernas. emulatio, lapides eius lampades ignis, atq; flammarum.* Aqua multa nõ potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Ista quilibet ad quem Christus Iesus in sacramento Eucharistia venit dicta sibi existimet: imo dici sibi credat. *Pone me inquit ille ad te qui se tibi in-*

Alterum incrementum ad charitatem.

Nonnet sponsus animam que communicavit.

Cant. 8. 6.

1. Ponat eam in corde suo

la-

sacramento dedit. *Pone me vt signaculum, vt sigillum, vt imaginem expressam, super cor tuum.* Vnde n. gemitus, vnde suspiria? nonne

Vnde gemitus, suspiria

ex corde? Ita sanc. Cur? Quia dum iugis memoria illius quod amas in te perseverat, sic cor tuum pungit roditq; vt et aliud cogitati identidem suspiria exprimat. Id ipsum a te Iesus postulat, hoc summo iure suo exigit, hac de causa ad te venit. *Pone ergo illū super cor tuum. gemit, suspira, actus amoris quos potes, & quot vales, licet breues efficaces tū*

Et iaculatio orationes, quarū congeries.

ede feruenter. Die, O amor! d. dulcedo! d. Iesu suauissime! d. Christe amantissime! Venisti ad me posside me. Signaculū es. Signa me vt nemo me agnoscat; præter te. Imago es patris, ego tuū: tu imaginem repara tuam. *Diligā*

Psal. 17. 2.

te domine fortitudo mea. Ne succumbā. O firmamentum meum confirma me in gratia tua, ne voquā amplius ex ea excidā. Diligam te O refugium meum, in omni vnde cunq; illa proueniat tribulatione mea. Hæc tu & sexcenta

2. Vt ponat eum in manu opera charitatis exercendo.

alia his similia. Neque vero satis est vt ponas eum *super cor tuum*; vult n. vt ponas illum et vt *signaculum super brachium tuum*. Nostī q̄ sicut ē corde cogitationes prodeunt, quæ cū sunt validæ, in verba tum mētis tū oris prorumpunt: ita brachio & manu humanæ sūt operationes. Vult igitur sponsus Iesus vt ponas eum *vt signaculum super brachium tuum*. i. vt signa amoris ipsius appareant et in opere tuo,

tuo, ita ut videant alii tua opera bona & glori-
 ficient patrem qui in cœlis est. O eximium ligil-
 lum manus, occultum in intentione ut inanem
 gloriam fugias, clarum in operatione, ut pro-
 ximum & ædifices & adiuves. Hæc igitur inter
 alia venienti ad te Christo offeras, & magnam
 charitatis opus egeris. Quod si vero potentia
 & multitudine inimicorum tuorum perturbaris
 ama, quia fortis est ut mors dilectio. Quamuis
 enim, mors depascat omnia, à charitate tui ipsa
 depascitur. A qua charitate? Primum quidem à
 suprema illa quæ inquit, ero mors tua ò mors
 deinde vero et à comunicata, ut in martyri-
 bus piisq; omnibus. videre licet, qui mori po-
 tius milles eligunt, quàm semel dilectum suum
 offendere; id ipsum tu in corde tuo statuas
 firmiter, gratum Christo facturus holocaustum.
 Sed quid sibi vult quod sequitur, dura sicut
 infernus æmulatio? Æmulatio idem quod ze-
 lotypia est, quam spiritus noster in charitate
 notat. Sicut enim, infernus & inexpugnabilis est,
 & quod semel arripit non dimittit: ita æmu-
 latio seu zelus amor, ac charitas, neque loco
 mouetur à quoquam (si tu abiicere eam nõ
 vis) neque alium amorem adulterinum admit-
 tit, quod zelotypiæ est proprium. In summa,
 ut nos certos reddat Christus Iesus, nobis
 charitatem eius, nisi ipsi velimus, nunquam
 ereptum iri, proponit quatuor potentissima,
 quæ licet cuncta destruant, charitati tamẽ ni-
 hil

Mat. 5. 17.

3. Ne ter-
 reatur ab
 inimicis,
 quia dile-
 ctio.
 Osee 13. 17
 Mortem de
 pascit.

Zelotypia
 est ut in-
 fernus.

Fortior i-
 gni & a-
 qua.

hil nocere possunt, imo ab ea superantur. Ista vero sunt mors, infernus, ignis, & aqua, de qua concludit vt audistis. *Aqua multa nō potuerunt extinguere charitatem, &c.* Is enim qui diuina ardet charitate, mortem contemnit, infernum non timet, habitatores eius ridet, ignem & aquam & quasuis tribulationes pro nomine Iesu sustinet libenter. Vt

Psal. 63, 12.

*Retinenda
igitur &
augenda.*

possit dicere. *Transiimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium.* Faxit Christus Iesus, vt nos quoque huius refrigerii participes effici mereamur, quod eueniet nobis certissimo, si ea quæ dicta sunt perfecimus, & charitatem gratiamque diuinam, in communione sancta nobis præstitam, non solum in quadragesima, sed etiam post pascha, & toto vitæ nostræ tempore conseruare imo & augere studuerimus. Sed de charitatis actionibus satis. Eo adiecto quod sicut

*Cautio circa
ceremonias
externas.*

*III MEM-
BRVM.*

*Gratitudi-
nem docet.*

ea duplices sunt, internæ & externæ, ita in illis quidem nōs exerceamus, quo possumus modo, etiam sine modo & termino, in his vero quæ in publice factis cæremoniis consistunt, communem vsum prouinciæ seruemus, ne singularitas in talibus, & alios offendat & in nobis nociuam complacentiam progeneret.

Restant quæ communione peracta sunt seruanda. Quorum fons & origo gratitudo. Grati autem tanti beneficij erimus, si & actiones

ctiones virtutum de quibus iam diximus
 continuabimus, & hæc tria addiderimus.
 Primum docet nos Christus dominus illis
 verbis, COLLIGITE QUÆ SUPERFVERUNT
 FRAGMENTA NE PEREANT. Tibi mihiq; di-
 cta puta, proinde id agamus vniuersi. Qui
 inquis id faciam, vel qui fragmenta colligat
 Respondeo, gustus, desideria, deuotiones,
 inspirationes, feruores, proposita sancta, &
 alia generis eiusdem, quæ in iis qui pie & de-
 uote communicarunt identidem erumpere
 solent, hæc in quæ collige diligenter, iisq; re-
 ple CÖPHINOS DVODECIM. Qui vero sint i-
 sti tu meditando, & orando assequere, Mihi
 duo occurrunt modi. Vnus è D. Paulo dicē-
 te. *Fructus autem spiritus est, charitas, gaudiū,*
pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,
mansuetudo, fides, modestia, continentia, casti-
tas. Et vero numerum quidem duodenariū
 hic tenemus, at rem ipsam non item. Re-
 ctius enim hæc forte inter fragmenta re-
 ponerentur. Talium enim desideriu, spiri-
 tus sanctus, in sacra synaxi, & post eam, in-
 spirare consuevit, piis mentibus. Nisi forte
 ex singulis habitus tibi compares, quos co-
 phinorum quorundam spiritualium locum
 obtinere non multū abnuerim. Alter mo-
 dus est, vt distributis corbibus istis, in duas
 hominis essentielles partes: animæ quidem
 & illius tam superiori quam inferiori por-
 tionis

*PRIMUM
 eius caput
 fragmenta
 colligere.
 Quid fra-
 gmenta.*

*Qui cophi-
 ni.*

*Gal. 5. 22
 1. Modus.*

tioni, id est tum ipsi essentia animæ, tum tri-
 bus potentiis, intellectui videlicet, volunta-
 ti, & memoriz: tum duobus appetitibus i-
 rascibili & concupiscibili sex cophinos af-
 signemus: totidemque demus corpori
 cum quinque ipsius omnibus notis sensu-
 bus. In hæc igitur tu, quicquid fragmen-
 torum, & piorum desideriorum, ante,
 in, vel post, communionem senseris, fi-
 deliter repones. Erunt enim tibi aliquan-
 do magno vsui. Custos autem horum o-
 mnium sit memoria. Demus aliquot exem-
 pla, ut tu ad instar eorum reliqua tibi colli-
 gas. Venit tibi verbi gratia sanctum deside-
 rium, in hac sancta cõmunionẽ, ut id facias
 ad quod modo te exhortati sumus, nepe ut
 gratiam tibi in sacramento à Christo cõces-
 sam (ut pie credi potest) perenniter retineas,
 id in ipsa essentia animæ repone, quã gratia
 diuinæ sedem D. Thomas statuit. Similiter
 venit tibi in mentẽ, in posterum non nimiũ
 fidere tuo iudicio, quod toties te decepit, collo-
 ca id intellectu. Rursum optas, nunquã am-
 plius diuinæ voluntati resistere, voluntatem
 tuam hoc desiderio imple. Deniq; venit tibi
 sancta cupido patientiæ, sobrietatis, castita-
 tis, repone illam quidẽ in irascibili, has vero
 in concupiscibili appetitu: & istarum quidẽ
 priorem sensui gustus, posteriorẽ tactui ap-
 plica, ut illis in posterum & utaris cautius, &
 mor-

*Custos me-
 moria Ex-
 pla aliquot*

mortifices te validius. Idemque sit de usu & exercitio aliarum virtutum iudicium, & per- uigil sollicitudo.

Secundum quod post communionē pre- stare debemus, docet nos turba, laudans be- nefactorem suum Iesum, agnoscens illū pro Messia, & absq; vllō dubio, pro hoc miracu- lo & munere gratias agens. Id ipsum tu facias tanto feruentius & copiosius, quanto & be- neficiū hoc maius est, quod se ad plures ex- tendit, & cognitio tua de Christo præstan- tior est, scis enim illum non hominem tan- tum, sed & Deum esse, & quod caput est, ci- bus qui apponitur innumeris partibus ex- cellentior & vtilior est illo quem turba mā- ducauerunt. Hic n. ipse Christus Iesus est. Quanta hinc ad laudandum & glorifican- dum Iesum argumentorum congeries.

*SECUN-
DVM Gra-
tias agere.*

Tertium eadem te turba docet. De illa n. dicitur, quod VENTURI ESSENT UT RAPE- RENT EVM, ET FACERENT EVM REGEM. Quid impedit quominus id tu quoq; respec- tu tui facias? An te mouet q̄ de eodē Chri- sto subiūgitur. FUGIT ITERVM IN MONTEM IPSE SOLVS? Sed neq; est quod eum rapias, neq; quod de fuga vereare. Nō fugiet crede mihi. Quomodo n. fugiat qui vt eum reci- pias inuitat? Quid vero rapias illū qui vltro ad te venit? At regnum forte formidat! E- iusmodi minime. Imo appetit. Vult n. teste

*TERTI-
VM Re-
gem Chri-
stum super
se constitu-
re.*

*Rom. 6. 12.
Ibid. 6. 6.*

Apostolo, vt non regnet peccatum in vestro mortali corpore, sed vt regnet ipse, & vt ipsum destruat corpus peccati. Itaque consilium meum placeat vobis, vt constituatis illum regem super animam & corpus vestrum cum omnibus eorum potentiis, vt nihil ipsorum moueatur sine imperio Christi Iesu. O beatum & perfectum virum cui hæc sunt!

*Charitatis
Stilites.*

Ad hæc vero quæ diximus aut dici possunt, valet plurimum CHARITAS. Quæ licet propter quosdam actus peculiares, sedes à nobis assignatas habeat, ipsa tamen omnia vt dixi percurrit, vtque & Deo grata sint opera nostra, & nobis gratiam ipsius promereantur efficit. Charitatem vero in nobis excitabunt, conseruabunt, fouebunt, augebunt, tum omnia quæ diximus, tum exemplum Iesu, qui si magnam in hoc miraculo populo isti declarauit charitatem, quanto maiorẽ ostendit nobis in Eucharistia? Declaremus id iuxta puncta in exordio posita, ac alia, & finem imponamus concioni. Traxit Iesus turbam hanc post se: trahit nos quoque & per se, & per sponsam suam ad hoc sacramentum, trahi igitur nos, ab eo patiamur & libenter, & frequenter. Excipit ille turbam se præcedentem, excipiet & nos longe excellentius, si in mortificationibus nostris aliquid ultra præceptum adiderimus. In-

*Medium
ad eam
Christus.*

terro-

terrogat Christus illic Apostolos omnia
sciēs, interrogabit nos quoq; vt nos doceat,
quæ nos scire oporteat. Tentat hic Philip-
pum, tentat & nos in hoc sacramento, vt
nos contra omnem perfidiam fidem eius
profiteamur. Consultat qui consilio non
indiget, vt nos aliorum consilio uti, & iudi-
cio nostro non nimium fidere doceat. De-
nique pascit hic populum panibus & pisci-
bus per Apostolos, Pascit & nos corpore &
sanguine suo per successores Apostolorum.
Nos vero charissimi eis obedientes, pasci
nos, eo quo ipsi porrigunt modo, sinamus,
vt relecti, & illis quas recensuimus gratiis,
& ipso fonte gratiarum Christo Iesu, cum
hic, tum vero in regno cœlorum in charita-
te eius viuamus feliciter, qui cum patre in v-
nitare spiritus sancti viuit & regnat

Deus in secula seculorum

Amen.

